~~10350.~~ ~~IV. X. 11.~~

20853. I, 9, a

Hain 3173, pars IV.

Prologi in euangelistas.

Incipit epistola beati Hieronimi ad Damasum papam in quattuor euangelistas.

Beatissimo pape Damaso · Hieronimus.

Nouum opus me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam & qr inter se variant que sint illa que cum greca consentiant veritate: decernam. Pius labor sed periculosa psumptio · iudicare de ceteris · ipse ab omnibus iudicandus: senis mutare linguam et canescentem mundum ad initia retrahere parvulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus: cum in manus volumen assumpserit · & a saliua quam semel imbibit viderit discrepare quod lectitat · non statim erumpat in vocem me falsariu me clamans esse sacrilegum: qui audeam aliquid in veteribus libris addere · mutare · corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolat: q & tu qui summus sacerdos es · fieri iubes · et verum non esse qd variat · etiam maledicorum testimonio comprobat. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda: respondeant quibus tot sunt exemplaria pene quot codices. Sin autem veritas e quere da de pluribus cur non ad grecam originem reuertentes · ea q vel a viciosis interpretibus male edita · vel a psumptoribus imperitis emendata peruersius · vel a librariis dormitantibus aut addita sunt aut mutata corrigimus? Nec vero ego de veteri disputo testamento: qd a septuaginta senioribus in grecam linguam versum · tercio gradu ad nos vsq; puenit. Non quero quid aquila quid symmachus sapiat quare theodocion int nouos et veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio: quam apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento quod grecum esse non dubium est: excepto apostolo Matheo · qui primus in iudea euangeliu christi hebraicis litteris edidit. Hoc certe cum in nostro sermone discordat: et diuersos riuulorum tramites ducit vno de fonte querendum est. Pretermitto eos codices quos a Luciano & Hesicio nuncupatos paucorum hominum asserit puersa contentio: quibus vtique nec in veteri instrumento post septuaginta interpretes emendare qd licuit · nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse q addita sunt. Igitur hec prefatiuncula pollicetur quattuor tm euangelia: quorum ordo est iste · Matheus · Marcus · Lucas · Johannes · codicum grecorum emendata collatione sed veterum: q nec multum a lectionis latine consuetudine discreparent ita calamo imperauimus: vt bis tm que sensum videbantur mutare · correctis · reliqua manere pateremur vt fuerat. Canones quoq; quos Eusebius cesariensis episcopus alexandrinum secutus ammoniu in decem numeros ordinauit: sicut in greco habentur exprimemus. Qd si quis de curiosis voluerit nosse que in euangelijs vel eadem vel vicina vel sola sint: eorum distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit: dum qd in eadem re alius euangelista plus dixit · in alio qr minus putauerint · addiderunt: vel dum eundem sensum alius aliter exprimit · ille qui vnum e quattuor primum legerat · ad eius exemplum ceteros quoq; estimauerit emendandos. Vnde accidit · vt apud nos mixta sint omnia · & in Marco plura Luce atq; matthei. Rursum in Matheo plura Johannis & Marci: & in ceteris reliquorum q in alijs propria sunt inueniantur. Cum itaq; canones legeris qui subiecti sunt confusionis errore sublato · & similia omnium scies · & singulis sua que q restitues. In canone primo concordat quattuor · Matheus · Marcus · Lucas · Johannes. In secundo tres · Matheus · Marcus Lucas. In tercio tres · Matheus · Lucas Johannes. In quarto tres · Matheus · Marcus · Johanes. In quinto duo · Matheus · Lucas. In sexto duo · Matheus · Marcus. In septimo duo · Matheus · Johannes. In octauo duo · Lucas · Marcus. In nono duo · Lucas · Johannes. In decimo · propria vnusquisq; que non habent in alijs ediderunt. Singulis vero euangelijs ab vno incipies vsq; ad finem librorum dispar numerus accrescit. Hic nigro colore prescriptus sub se habet alium ex minio discolorem numerum: qui ad decem vsq; procedens indicat prior numerus in quo sit canone requirendus. Cum ergo aperto codice: verbi gratia: illud siue illud capitulum scire volueris cuius canonis sit: statim ex subiecto numero doceberis · & recurrens ad principia in quibus canonum est distincta cogeries: eodemq; statim canone ex titulo frontis inuento: illum quem querebas numerum eiusdem euangelij qui et ipse ex inscriptione signat inuenies: atq; e vicino ceterorum tramitibus inspectis: quos numeros e regione habeant adnotabis: et cum scieris · recurres ad volumina singulorum & sine mora repertis numeris quos an signaueras · reperies & loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Opto vt in christo valeas · & memineris mei papa beatissime.

Incipit prologus sancti Hieronimi.

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum que in nobis completa sunt · sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem · & ministrauerunt ei · & pseuerantia vsq; ad presens tempus monimenta declarant: que a diuersis autoribus edita diuersarum hæresum fuere principia · vt est illud iuxta egyptios · & Thomam · & Matthiam et Bartholomeum · duodecim quoq; apostolorum et basilidis atq; apollinis ac reliquorum quos

Prologi in euangelistas.

enumerare longissimū est·cum hęc tm̄ impſentiarū necesse sit dicere·extitisse quosdā qui sine spū ⁊ gratia dei conati sunt magis ordinare narrationē·q̄ historię texere veritatem. Quibus iure pōt illud prophetic⁹ coaptari·Vę q̄ prophetāt ď corde suo·qui ambulant post spm̄ suum·qui dicunt·hęc dicit dn̄s·⁊ dn̄s nō misit eos. De quib⁹ et saluator in euangelio Johānis loquitur. Omnes qui ante me venerūt:fures fuerūt et latrones. Qui venerūt:nō qui missi sūt. Ipse enī ait: Veniebant·⁊ ego nō mittebā eos. In venientibus p̄sumptio temeritatis·in missis obsequiū seruitutis est. Ecclesia aūt q̄ dn̄i voce supra petrā fundata est· quā introduxit rex in cubiculū suum·⁊ ad quā per foramē descensionis occulte misit manū suam similis damulę binnuloq3 cer uorū· quattuor flumia paradisi initar eructuans quattuor ⁊ angulos ⁊ annulos habet· per quos quasi arca testamenti ⁊ custos legis dn̄i lignis mobilib⁹ vehitur. Primus omniū Matthęus est publicanus cognomento leui:qui euangeliū in iudea hebraeo sermone edidit ob eorū vel maxime causaq3 qui in iesū crediderāt ex iudeis:et nequaq̄ legis vmbra secedente euangelij veritatem seruabant. Secūdus Marcus interpres apostoli Petri·⁊ alexandrinę ecclesię primus epūs:qui dn̄m quidem saluatorez3 ipse nō vidit:sed ea quę audierat magistri p̄dicantē·iuxta fidem magis gestorū narrauit q̄ ordinem. Tercius Lucas medicus natione syrus antiocēsis·cui⁹ laus in euāgelio:qui ⁊ ipse discipul⁹ apostoli pauli in achaię bythinięq3 partibus volumen cōdidit·q̄dam altius repetens·⁊ vt ipse in prohęmio confitet audita magis q̄ visa describens. Ultimus Johannes apis ⁊ euangelista quem iesus plurimū amauit·qui iuper pectus dn̄i recūbens purissima doctrinarū fluenta potauit·⁊ qui solus de cruce meruit audire. Ecce mater tua. Is cum esset in asia·⁊ iam tūc hęreticorū semina pullularet cherinthi·⁊ hebionis·⁊ cęterorū qui negāt christū in carne venisse:quos ⁊ ipse in epla sua antichristos vocat·⁊ apls paulus frequenter percutit:coactus est ab omnibus pene tūc asię episcopis·⁊ multarū ecclesiarum legationibus de diuinitate saluatoris altius scribere·⁊ ad ipsum:vt ita dicam:dei verbū:non tam audaci q̄ felici temeritate prorūpere·vt ecclesiastica narrat historia· cum a fratribus cogeretur vt scriberet·ita facturū se respondisse: si indicto ieiunio in commune omnes deū deprecarētur. Quo expleto·reuelatōne saturatus in illud prohęmium cęlo veniens eructauit: In principio erat verbū ⁊ verbum erat apud deum· ⁊ deus erat verbum·hoc erat in principio apud deum. Hęc igitur quattuor euangelia multo ante prędicta Ezechielis quoq3 volumen probat·in quo prima visio ita cōtexit. Et in medio similitudo quattuor animalium ⁊ vultus eorū·facies hominis ⁊ facies leonis·⁊ facies vituli·⁊ facies aquilę Prima hominis facies Matthęū significat·qui quasi de homie exorsus ē scribere: Liber generationis iesu christi filij dauid filij abraam. Secunda marcū·in quo vox leonis in herēmo rugientis auditur: Vox clamantis in deserto·parate viam domini· rectas facite semitas eius. Tercia vituli·q̄ euangelistā lucā a zacharia sacerdote sumpsisse initium p̄figurat. Quarta iohannem euangelistam·qui assumptis pennis aq̄lę ⁊ ad altiora festinans·de verbo dei disputat. Cętera quę sequuntur in eundem sensum proficiunt. Crura eorū recta ⁊ pennati pedes·⁊ quocunq3 spūs ibat·ibant·⁊ non reuertebant·⁊ dorsa eorum plena oculis·⁊ scintillę ac lampades in medio discurrētes· ⁊ rota in rota·⁊ in singulis quatuor facies. Unde ⁊ apocalipsis iohannis·post expositionem viginti quattuor seniorū qui tenentes citharas ⁊ phialas adorātes agnū dei·introducit fulgura atq3 tonitrua·⁊ septem spiritus discurrentes·⁊ mare vitreum· ⁊ quattuor animalia plena oculis dicens: Animal primum simile leoni·⁊ secundū simile vitulo·⁊ terciū simile homini·⁊ quartum simile aquilę volanti. Et post paululū Plena inquit erant oculis·⁊ requiem nō habebant die ac nocte·dicentia: Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens·qui erat·⁊ qui est·⁊ qui venturus est. Quibus cunctis perspicue ostendit·quattuor debere tm̄ euangelia suscipi·⁊ omnes apocryphorum nenias mortuis magis hę reticis q̄ ecclesiasticis viris canendas.

¶ Argumentū in euangelium secūm Matthęum incipit.

Matthęus ex iudea sicut in ordine prim⁹ ponitur:ita euāgelium in iudea primus scripsit: cuius vocatio ad deum ex publicanis actibus fuit: duorū in generatōne christi principia p̄sumēs: vnius cui⁹ prima circumcisio in carne:alterius cuius secūm cor electio fuit. Ex vtriq3 em̄ p̄ribus christ⁹. Sicq3 quaterdenario numero triformiter posito:principiū a credendi fide in electionis tempus porrigēs·⁊ ex electōe vsq3 in transmigrationis diem dirigens: atq3 a transmigrationis die vsq3

ſ vel duo.

ſ·i·dauid et abrahā

ſabrahe·ſ· ſfuit.

ſ·ſ·dauid. ſoñ·ſ·

ſsaule reprobato. ſvel parūbus

ſsuple natus est.

ſgenerationis·ſ·

ſ·i·ab abrahā ſvel via ſdauid.

¶ Modus tractādi talis est. Primus genealogiam christi describit· distinguēs eā per tres thessere decades·post ait de nutritura saluatoris·et de aduentu magorū in bethleem·⁊ de occisione parulorū·deinde de baptismo christi ⁊ ieiunio xl·dierū· ⁊ de temptatōe triplici. Postea ď doctrina eius·ſ·de sermone habito in mōte. deinde gesta ⁊ miracula christi exponit. Tandē ď passione·resurrectōe· ⁊ ascensōe agit. Huic autem libro Hieronimus prologū p̄mittit in quo ostēdit vbi euāgeliū scripserit et de q̄simo statu ad q̄ dignū sit assūptus·⁊ de quib⁹ ⁊ quo ordine in hoc euangelio tractet.

¶ Duorū in ge. Id est·pręterm̄ittens

0300283306

abrahã et dauid in generatione christi q̃ bus facta est · vel fact̃ sunt promissiones.

¶ Matthæus cũ primo p̃dicasset euangelium in iudea volens transire ad gẽtes · primus euangelium scripsit hebraice qd̃ fratribus a quibus ibat ad memoriam reliq̃t. Sicut enĩ necesse fuit ad confirmationẽ fidei euangelium p̃dicari: sic ꝛ contra hereticos scribi. Cũ aũt plures euangeliũ scripserint: quattuor tm̃ autoritatis habẽt testimoniũ · q̃ p quattuor mundi partes fidem nũciant trinitatis ꝛ sunt quasi quattuor rotæ in quadriga domini · quæ vehit eccl̃m per p̃dicationẽ euãgelij · ꝛ genus humanum quadrifida morte pemptum eo̾ erat p̃dicatione vnificandũ. Vnde et alio̾ euangelia dixerũt nec recepta sũt q̃ dñs nolebat p̃finitum numerum cassari propter virtutẽ sacramenti. Designantur etiã euãgelistæ q̃tuor figuris quæ non sunt deceptoriæ: sed iocundi misterij tibi cõscię. Matthæus ĩ homine intelligitur: q̃ circa hũanitatẽ chr̃i principaliter immoratur. Marcus in leone: q̃ agit de resurrectõne. Lucas in vitulo: agens de sacerdotio. Johannes in aquila: scribẽs sacramenta diuinitatis. Christus vero quem describunt · homo fuit de virgine natus · vitulus in immolatione · leo in resurrectione · aquila in ascensione. Vel in homine humanitas · in vitulo sacerdotium · in leone regium · in aquila exprimit diuinitatis sacramentum.

terminans.
in christum diffluens: decursã ad uentus domini ostendit generationem: vt et numero satisfaciẽs et tempori · ꝛ se q̃d esset ostenderet · ꝛ misericorditer actum.
dei in se opus monstrans · etiã in his quo̾ genus posuit · christi operantis a principio testimonium non negaret. Quarũ rerum omnium tempus · ordo · nũerus · dispositio vel ratio · q̃s fidei necessarius est · deus christ⁹ ẽ · qui factus ẽ ex muliere · factus sub lege · natus ex virgine · passus in carne · omia in cruce fixit: vt triumphans ea in semetipso resurgẽs in corpore · ꝛ patris nomen in patribus filio · ꝛ filij nomen patri restituens in filijs · sine principio sine fine · ostendens se vel vnum. vnum cum patre esse · q̃ vnus est. In quo euangelio vtile est desiderantibus deum · sic prima vel historialia. allegorica. moralia. media vel perfecta cognoscere: vt et vocationem apostoli · ꝛ opus euangelij · ꝛ dilectionem dei in carne nascentis per vniuersa legẽtes intelligant · atq̃ id in eo in quo apprehensi sunt ꝛ apprehendere expetunt recognoscant. Nobis enĩ hoc in studio argumenti fuit · ꝛ fidem factę rei tradere · ꝛ operantis dei intelligendam diligenter esse dispositionem · quærentibus non tacere.

¶ Liber generationis ꝛc. Hiex · Hebrei voluminib̃ suis a principijs nomen imponunt: vt liber geneseos ex suo principio nominat: vbi dicitur. Liber generationis adę · et hę sunt generationes cęli ꝛ terrę. Qui liber principiũ est veteris testamẽti · sed̃ q̃d in principio noui dicit · Liber generationis ihesu christi · q̃uis in hoc sit parua pars libri: sed sic nouum testamentũ consonat veteri · Ut sicut vetus carnali ꝓponit israeli: ita nouum spũali · ꝛ vtriusq̃ vnus ꝛ idem autor ostenditur.

¶ Plenior sensus esset. Dic ẽ liber generationis: sed hic mos est in multis · maxime in ꝓphetis · vt visio ysaię · subaudis hęc ẽ Hiero. Rab. In principio satis declarat se agere de humanitate christi: cuĩ incipiat a carnali generatione.

¶ Hiero. Generatõnis singl̃ariter dicit · q̃uis multi p ordinem replicentur · q̃ vnius tm̃ christi generatio queritur ꝓpter quam cętere hic inducunt. Non diuinam ꝓponit narrare generatiõez: qd̃ impossibile ẽ · vt ysaias ait. Generatõez eius quis enarrabit: ſz humanam: q̃uis ꝛ h̃ ex magna parte sit inenarrabilis. Sed illa tota inenarrabilis est: q̃ ꝛ si dicit filius a patre genitus · tm̃ qualiter · nec apostol⁹ · nec prophęta nouit · nec angelus.

C I

¶ Liber apotheca grẽ in

Iber gene

qua omis anima quod necesse hz inueniat. † Salvatoris non perditoris.

ratõis † Ihesu chri sti filij Dauid: filij

Cui promissum est in semine tuo benedicẽtur omnes gentes · ꝛ christus est semẽ illud · in hoc gentes querunt benedici. † fides.

Abrahã: † Abraham genuit ysa-

Spes.

ac. Ysaac autem genuit Iacob.

¶ Ihesu christi. Id est · saluatoris non p̃ditoris · qd̃ fuit adam. Christus ipse est qui et messyas · Ideo hoc nomine retunditur iudęoꝝ infidelitas qui messiam · id est · regem suum nondum venisse arriolantur. Nunc vero esse christum consequenter sic probat euangelista: q̃m hic est qui de patriarcharum ꝛ regum stirpe progenitus · de virgine mirabiliter est editus · sicut eisdem fuerat ante promissus.

¶ Ihesu christi. vt per regiam ꝛ sacerdotalem personam natura dei ꝛ hominis monstraretur. Olim ihesus rector typice: nunc essentialiter sed̃m q̃ deus potẽs saluare. Christus nomen officij est: nõ naturę · q̃ vnctus est in sacerdotem ad interpellandũ p̃ro nobis · qui bene in terram p̃ inducit.

Ihesu fi · da · fi · g · Ordo prępposterus: ne p̃missio abrahaę generationis contextio interrumpetur. Hoꝝ duoꝝ spãliter dicit filius: q̃ vnus primus inter patriarchas: alter inter reges ad q̃s facta est de christo promissio: vt iudeis christũ ex lege venturũ aperiret: in quo viderent vaticinia impleri.

¶ Filij dauid fi · abra · Hos duos de omnib̃ elegit · quoꝝ filius dicitur christus: vt iudeis quib̃ scribit · scientib̃ ex lege christũ venturũ · apparerẽt hic esse qui diu erat promissus: in quo viderent impleri omnia vaticinia · his enĩ solis in veteri testamẽto legitur facta promissio. Abrahę. In semet · b · o · g · Cui consonat dauid · Benedicent in ipso omnes tribꝰ terrę. Vñ Zacharias. Hoc est · subaudis · iusiurandum quod iura · ad a · pa · n · da · se no. Dauid autẽ · Juravit dñs · da · veꝛ · ꝛ ñ · f · e · ꝛc. Ytẽ semel iuraui ĩ sancto meo · s · christo · semen eius ĩ ęter · ma · ꝛ thro · e · si · sol · in ꝓs · meo ꝛc. Quę nullaten⁹ de salone accipi possunt: sed de christo ex dauid orto. Item in libro verboꝝ dierũ. Cũ dormieris cuꝫ ꝓib̃ tuis dabo semen tuũ p⁹ te · qd̃ nullatenus de salomone dicit qui vino patre cępit regnare: sed de christo Unde Hiere · Suscitabo da · g · ius · ꝛc.

¶ Abraham ꝛ dauid sunt due columnę versantes in lege quasi in vestibl̃o añ hostiũ qd̃ ẽ christ⁹: quas ambit funicul⁹ · xij · cubitoꝝ · i · fides aplorꝝ Amplectit hos ĩ genealogia pres de q̃ꝝ medio hostiũ xp̃s apit credẽtib̃.

¶ Abraham genuit. Ab eo congrue fit generatõnis exordiũ: cui ꝓmissus est primũ · in quo est benedictio omnium.

¶ Matthæus generationẽ incipit ab exordio promissionis. Et etiã vsq̃ in finẽ libri hec ꝛagit: vt qui ex hac generatõe nat⁹ est · de⁹ ꝛ hõ intelligat.

¶ Ab initio ab eo cui primũ facta est ꝓmissio fidei incipit: vt in hoc patre discant cui primũ facta est ꝓmissio: qui ꝛ quales esse debeant qui volunt in eius semine benedici.

¶ Matthæus generationẽ descendendo incipit vel computat: q̃ humanitatẽ christi ostendit p quã deus ad hoies descendit. Lucas ascẽdendo referẽs: formã sacramẽti apit · a baptismo enĩ incipiẽs vsq̃ ad deũ ascẽdit ostendens baptisatos ascendere ad hoc vt sint filij dei.

¶ Genuit. Matthæus ponit genuit: q̃ naturę filios tm̃ nũerat. Lucas

Qui fuit: qui aliquos scdm legem vel per adoptionē filios interponit.

¶ Matthæus ponit genuit z nō generauit: forsitan vt ille cognoscceretur in fine ostensus de quo dicit. Ego hodie genui te.

¶ Judam et fratres. ꝑ deo solus iudas nominatim exprimit: vt eū cognoscceres qui ex eius stirpe fuerat promissus.

¶ Fratres iudę memorat prętermissis fratribꝫ ysaac z Jacob: qꝝ illi a populo dei quasi alieni sunt repulsi. bi velut hęredes in libro vitę scripti et quasi patriarchę. xij. in quibꝫ z numer⁹ apostolorꝫ signat. Sꝫ nominatim nō exprimunt. ne vltra numerum sacramenti generatio extendat.

¶ In semine prędictorꝫ patruꝫ christus intrauit in ęgiptū qđ prędagiens inimicus pn̄m premebat. z nō feminas sed mares interimebat: vt eū extingueret.

¶ De iuda christus quem omnes gentes susceperūt: quo veniente iam herodes alienigena principabat.

¶ Judas aūt ꝛc. Judas genuit phares z zaram antecꝫ intraret ęgiptū. in quā ambo postea cū patre transierunt.

¶ Zara cū de vtō ꝓmisit manū: obstetrix coccineo ligauit dicēs: hic ꝓr egredietꝰ. illo manū retrahente alꝫ exiuit. cui obstetrix: Quare ꝓpter te diuisa est maceria? vnde z phares. id est. diuisio dictus est. significans illū q̄ segregabit oues ab hędis. z statuet oues quidem a dextris hędos autem a sinistris.

¶ Phares autē genuit ꝛc. In ęgipto genuit phares esrom. z esrō aram. z aram aminadab. z aminadab naason. et tunc moyses eduxit eos de ęgipto. Naason fuit dux sub moyse in tribu iuda per desertum. in quo genuit salmon. Iste salmon fuit princeps in tribu iuda qui cū iosue in terram promissionis intrauit. Iste salmon ī terra p. gen. booz de raab.

¶ Christus est phares. i. diuisio: qꝝ separabit oues ab hędis. Ipse est esrom. i. sagitta vl atriū: qꝝ penetrat corda auditorꝫ. Habet etiā latitudinē caritatis qua z inimicos dilexit.

¶ Aram aūt genuit. Aram: christus. electus vel excelsus interpretat Electus: de quo prophęta. Ecce puer meus quē elegi. Et alibi. Excelsus sup oēs gentes dns. Ipse est aminadab. i. voluntarius. qui dicit: Volūtarie sacri. tibi. Idem est z naason. i. auguriū. qui novit prętcrita prędsentia z futura. Vel naason serpentinus: qꝝ christus more serpentis omēs cauit insidias.

¶ Salmon aūt. Christus est salmon. i. sensibilis qꝝ omnia sentit. ipse accipit raab. i. ecclesiam de gentibꝫ.

¶ Raab fames vel latitudo vel ùpetus: qꝝ ecclesia gentiū esurit et sitit iusticiam. z dilatata per orbem terrarꝫ impetu doctrinę philosophos z reges convertit.

¶ Raab ostēdit coccinū in fenestra. i. in ore per confessionē christi passionem declarat.

¶ Raab meretrix quę nuncios iosue suscepit. quā salmon princeps tribꝰ indę sibi copulauit. significat ecclesiam de gentibꝫ quę principi ex iuda. i. christo copulatur. z sola cum suis saluatur: dum yericho. i. prędens sęculū septem muris vicioꝝ vallatum. septem diebꝰ tempore tubis ꝓdicationū circumvallatur: donec in novissima tuba omnes muri corruant z novissima mors destruatur.

¶ Booz aūt ge. ꝛc. Booz christus de quo dicit. Dominus in fortitudine venit.

¶ Booz de raab. Nota nullā de sanctis fęminis in genealogia christi assumi: sed quas scriptura reprehendit. Debuit enī de peccatoribꝫ nasci qui pro peccatoribꝫ venerat: vt discerent sui peccata patrum sibi non obesse. Unde agnus in pasca immolandus iussus est assumi ex capris z ouibꝫ. i. ex iustis z peccatoribꝫ generandus.

¶ Obed. Elymelech fuit de tribu booz. z uxor eius noemi. qui cū uxore sua iuit ad moabitas vbi filij sui duxerunt uxores: sed mortuo patre z filijs sine femine: ruth cum noemi socru sua venit in iudęam z genuit ex ea booz obeth.

¶ Ex ruth. Moabitide: vt ostendat impletū vaticinium ysaię. Emitte ag. do. do. t. Per hanc semen abrahę ad christum deducitur

¶ Ecclesia de gentibus per ruth significata: priusqꝫ ad booz. i. ad christū veniret ex patre dyabolo erat.

¶ Obed. Ruth significat ecclesiam quę est de moab. i. de gentibꝰ quę ex patre dyabolo et petra deserti. ꝓpter ydolatriā. de qua deus suscitauit filios abrahę. Oblita priorisꝫ gēris venit ad booz: q̄ fortis dicit. i. ad christum qui suscitat semē fratris sui. i. moysi qui obijt sine liberis: qꝝ neminē ad pfectum duxit lex.

¶ Ruth videns vel festinans: qꝝ ecclesia puro corde deum videt q̄ festinat ad brauium supnę visionis et diffinit perseverare in fide z dilectōe dei.

¶ Obed autem genuit yesse. Pater david sepe nominatur Ysai. sed binomius fuit. Addic autem ido dicitur Yesse vt scires cum venisse de quo Ysaias. Egredietur virga de radice Yesse ꝛc. Hic est flos quem odorat Ysaac dicens. Ecce odor filij mei sicut odor agri. p. qꝝ spūs eum abundantissime replevit.

¶ Regem. Non q̄ solus in hac genealogia rex: sed qꝝ primus rex de iuda. z regum principiū: ꝓpter quem z ceteri in solio regni seruātur. z p illū ordo generatōnis decurrit ad christum qui habet regnū david.

¶ David autem rex ꝛc. Mysti. David in solario sedens vidit bersabee se lauantem: placuit ei z vocauit iacuitqꝫ cum ea. qua grauida revocauit uriam de expeditione z sic intraret in domū vt sic partus asscribetur ei. qui nolens intrare iacuit in vestibulo dicens q̄ dnm arca essꝫ in tabernaculis non intraret in domū suam. Acceptis igit litteris mortis suę ad expeditionē reuersus est. z sicut david przeperat occisus est a ioab.

¶ David in solario christus est: qui in sole posuit tabernaculū suū. Bersabee puteus satietatis septimus. sꝫ lex per cuius cognitōnem spūalis gratia monstrat. Urias iudaicus populus: qui per legem de luce dei g̃ oriat sed huic xp̄s legem abstulit quā de se loqui docuit. Ille vero dum mandata legis iplere nitit. q̄si eplas fert vnde damnet. Urias etiā iudaicus ꝓpls q̄ noluit ītrare in domū. i. in spūalē legis ītellectū: dicens qꝝ arca dn̄i. i. eccia ē in tabnacul. i. in figuris. Jo ñ itrauit ī domū. i. ñ accipit aliū intellectū: sꝫ accipit lras suę mortis. i. intellectuꝫ lrālē q̄ ducit eū ad mortē.

¶ Mysti. David. i. christus qui golyam. i. dyabolum superauit. Ipse est manu fortis vel visu desiderabilis. De eodem dicit. dns fortis. z potens ꝛc. z iterꝫ. Spe fortis przefi. bo.

¶ Bersabee puteus satietatis. i. abundantia gratię spūalis q̄ munere septiformi est puteus satietatis in q̄ est fons aquę saliētis in vitā ęternam.

¶ Tres ꝓdictę sine pudore nominis ponunt: qꝝ non solū culpari sed etiā laudari meruerūt. Justus aūt noīe dignus est. Sꝫ in hac qꝝ loquēdo nequit: saltē silentio nōis qđ turpe est tegit. Nomē viri quasi iusti ponit: vt in hoc immanitas sceleris verecūdi⁹ mēoret dū eius cā est occisus. Uxor tm̄ ꝓpt sacrm̄ ecclesię dr̄ q̄ occiso dyabolo ī cōiugiū veri regis ascscit.

¶ Urię. Urias. lux mea. dei. s. id ē. dyabol⁹: q̄ dixit. similis ero altissimo cui ecclam cōiugatā christ⁹ de solario pnę maiestatis adamauit. z pulcram factam sibi matrimonio copulauit.

¶ Urias q̄ est figura dyaboli. lux mea deus interpꝛtat qui adhuc transformat se in angelum lucis. z lucē dei se facit.

¶ Salomon autē. Christus est salomon. i. pacificus: qꝝ ipse est pax nostra qui fecit vtraqꝫ vnū. Ipse est roboam. i. impetus ꝓpli q̄ velociter populos convertit ad fidem.

¶ Roboam. De isto dicitur. Dabo roboam tribum iudam vt remaneat lucerna david cūctis diebꝰ in israel Nō ad trāz ñ pōt accipi: qꝝ nec isrl cūctis diebꝰ extitit: nec de david pꝰ xp̄m dux aliq̄s in isrl fuit. Sꝫ xp̄s lucerna ē ęterna in cęlesti isrl. Et ido seruat sp. Sup soliū aūt david dr̄ sedere xp̄c: qꝝ regnū david tpale figuravit ęternū christi regnum.

¶ Roya. Pater dns. i. christus qui dicit. Ego ero illi in patrē: q̄ tancꝫ

dominus omnia quecunq; voluit fecit. Qui etiam est asa. i. attollens: qr ipse abstulit peccata mundi.

¶ Josaphat. Judicans vel iudiciu dei. s. christus qui iudicat orbem terre in equitate.

¶ Joram autem. Christus est ioram. i. excelsus qui ait: Nemo ascēdit in ce. nisi qui de ce. des.

¶ Nota q ioram non genuit oziam: sed potius genuit ochoziam. Ochozias genuit ioas. et ioas amasiaz. z amasias oziā ꝙ z azarias

¶ Joram duxit filiā iesabel z fornicatus ē et fratres suos occidit Unde infirmat est dolore veteri ut viscera egereret. quē secut ochozias ingressus est p vias domus achab. Joas autem adorauit sculptilia. z zachariam filium iohade qui eum nutrierat z regem fecerat occidi pcepit: qr eu de ydolatria increpauit Amasias quoq; colu it deos seyr. Ideo et hi tres de generatōe xpi sunt exclusi. scōm iiud. Visitabo pcā patrū vsq; i terciā et quartam generationem. Sed hoc dictum est de illis qui peccata patrum sequūtur. nam z bonus de malo genitus misericordia est dignus. z malus de bono natus punitur. Alij qui ponūtur ꝙnis mali fuerint: vel bonos generant: vel a bonis generantur. vt ioram filius iosaphat viri iusti. Ozias pene in omnib rectum fecit: nisi q incensum adolere voluit. vñ z in frōte lepra percussus est.

¶ Hic tres reges sunt intermissi. vel ideo qr ꝓpositū fuit euangelistę tres thesseredecades ponere. vel qr ioza miscuerat se generi iezabel. z dictus est per ꝓphetam in throno regni quēq; ñ esse sessurū de domo achab. nisi in quarta generatione: ideo memoria eius a sancta generatione tollit vsq; ad terciam generationē. purgata vero labe gentilis familię. in quarta origo christi numeratur.

¶ Ozias autem. Sub ozia ioathan achaz ezechia prophetauit ysaias de christo. Propter peccata principū claudebantur ora prophetaruz

¶ Ezechias. Fortis dns. ipse est qui dicit apostolis. Nolite timere

¶ Ezechię cum esset sine liberis dictum est. Disponе do. t. qr mo. Ideo fleuit non propter longioꝝ vitam: cum sciret inde placuisse deo salomonem q non petijsset ampliores annos. Sed quia dubitabat ne promissio dei impleretur cum se sciret esse de dauid per quem oportebat venire christum. z ipse erat sine liberis. vnde z dicebat: Non videbo deum: non aspiciam hominē: Ecōtra credebat: qr fidelis est qu promiserat. Deus aūt sententiam quam dederat ad probationē fidei immutat z spacium generandi dat.

¶ Manasses. Obliuiosus. Ipse est qui quasi cōuerso peccatori dixit Omnium iniquitatum eius non recordabor.

¶ Amon. Id est. fidelis vel nutritius significans christū de quo dicit. Fidelis dns in oibus vijs suis. q̄ connocat filios vt gallina pullos suos

¶ Josias. Id est. salus dni vel incensuz. Ille est qui dicit. Dirigatur oro. m. si. in. ꝛc.

¶ Josias rex iustus. qd non filij eius quos genuit. non in transmigratione. qr nunq; transmigranit: sed ꝑm predestinationē dei ad transmigrandum. Jechoniam z fratres eius simul ponit: vt quo q est communis iniquitas similis sit et miseria. Jechonias preparatio domini: qr tam prēm q; filium dominus ad transmigrandum preparauit.

¶ Legitur in libro regū q ioſias genuit ioacath. z ioachim. z elyachim. z sedechiam. Joacath successit patri in regnum. quo capto a rege egipti substitutus est loco eius ioachim frater eius. Quo mortuo regnauit ioachim (qui z iechonias dictus est) filius eius pro eo. quo capto a rege babilonię loco eius sedechias positus est.

¶ J. Veritas hystorię habet q duo fuerunt iechonię. vt vnus. scilicet pater sit in fine ꝓcedentis thesseredecadis. alter in principio sequentis. Sed mistice ꝑm augi. vnus z idem est in fine precedentis z in principio sequentis. Sed quare pretermissus est ioachim pater iechonię: forsitan vt typum christi faceret iechoniam bis numerauit. z ioachim ne numer' augeretur pretermisit.

¶ Quęritur quare iechonias dicitur filius iosię: cum iosias ioachim. z ioachim genuit iechoniam? Si autem iechoniam eundem bis numeremus in fine. precedentis thesseredecadis et in principio sequentis. ad hoc vt tres plene thesseredecades inueniantur: iam non erunt xlij. patres. Diuersis modis soluitur hoc. Hiero. dicit. q vterq; pater z filius ioachī et iechonias vocabatur. z ita vnū habemus in fine ꝓcedentis thesseredecadis z alterum in principio sequentis. vt cū dicit iosias genuit iechoniam: ioachim intelligamus. Cum vero dicit iechonias genuit salathiel: ioachī accipiamus. Augus. vero dicit q vn' bis numeratur. s. iechonias qui z ioachim dictus est. a quo facta ē quędaz in exteras gētes deflexio quando in babiloniam transmigratuz est. Ubi ergo ordo a rectitudine deflectit. z diversū tēdit angulū facit: z id qd in angulo est bis nūerat. Transmigratio in babiloniā significat trāsituz apl'oꝝ ad gētes. In qua transmigratōe christus factus est lapis angularis. vtrūq; ꝓphm completur quod ostendit per iechoniam bis positum.

¶ Omnes qui a dauid vsq; ad transmigrationem babilonis numerātur reges fuerunt.

¶ Jechonias. Prior iechonias resurrectio domini. sequens iechonias preparatio dñi dicit. Utrūq; congruit christo qui est resurrectio z vita

¶ Salathiel. Petitō mea de. Christo cōuenit qui dicit: Pater sancte serua eos quos dedisti michi vt sint. u. si. z nos.

¶ Salathiel aūt genuit zoroba. Hoc in multis scripturis legit. sed ī paralipomenon filij iechonię assir. salathiel. melchiram z phadaia z d phadaia orti sūt zorobabel z semei. Sz tradūt hebrei trinomiū fuisse assir. salathiel melchirā z phadaia. Vel salathiel et phadaia frēs filios ꝙs genuerūt vterq; suū vocant zorobabel. Cum de isto dicat euangelista abiud genitū. paralip. dicit q zorobabel mosollā genuit z reliq̄s inꝙs abiud non numeratur. Sed multa vicio scriptoꝝ in paralip. depravata sunt. vnde multę z interminatę genealogię inueniuntur quas iubet apostolus vitari.

¶ Zorobabel. Magister babylonis. i. confusionis. Illi conuenit qui mundum ab errore ydolatrię ad viam veritatis reuocauit.

¶ Fuerunt viri studiosi ex iudeis dicti heriles propter propinquitatem generis christi erantq; nazarei. qui ordinem genealogię christi partim memoriter. partim ex libris dierum. partim ab auis et proauis retinentes ꝑm ordinem scripserunt.

¶ Abiud. Id est. pater meus. Iste christo conuenit de quo dicit. Ipe inuocauit me pater meus es tu. ꝛc.

¶ De abiud vsq; ad ioseph nulla hystoria inuenitur in paralip. sed annales fuerunt apud hebreos de quibus herodes multos comburi fecit vt confunderetur ordo regię stirpis. z forsitan ioseph nomina patrum ibi legerat vel aliquo modo ibi retinuerat per quem euangelista seriem hanc generatōnis posuit. Sed sine hoc sine alio modo euangelistę fuit hec certa generationis successio.

¶ Eliachim. Dominus resuscitans. Ille qui dicit omnis qui videt filium z cre. in eū ha. vi. eter. z e. r. e. ꝛc.

¶ Azor. Adiut?. Ille est qui dicit. Ecce deus adiuuat me do. s. ē. a. m.

¶ Sadoch. Justus. i. christus de quo dicitur. Justus dominus z iusticias dilexit.

¶ Achim. Id est. frater meus iste: Quis alius ꝙ ille qui homo fieri voluit vt posset habere fratres: de quibus diceret: Nunciabo nomen tuum fratribꝫ meis.

¶ Eliud. Id est. deus meus. Conuenit christo qui dicit: Deus meus

vt qđ me dereliquisti?

¶ Eleazar. Id ē. deus meus adiutor. Ille est qui ex persona hominis dixit: Deus meus sperabo in eū.

¶ Mathan. Donans vel donatus. Ille est qui dedit dona hominib⁹ z de quo dicitur. Dic deus dilexit mundum vt fi. iu. daret.

¶ Per hos patres christus venit in mūdum. z oīm hoz in se gerebat officium. Et dignum est vt per eandem lineam sanctitatis ad eum ascendamus per quā ad nos descēdere est dignat⁹

¶ Joseph. Apponens. i. christus q̄ iudeis gentes apposuit. qui z pater christi dicitur quem de sua cō inge natuz adoptiue suscepit. Sed z putatiue pater dicitur.

¶ Joseph. Matthęus dicit ioseph filiuz iacob. z iacob filium mathan. Lucas: ioseph filium hely. z hely filiuz mathat. Sz mathan z mathat de eadez vxore hesta nomine singulos genuerunt. Mathan q̄ per salomonem descēdit eā prius duxit. z relicto

genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autē genuit iacob. Jacob autem genuit Joseph virum Marię de qua natus est Jhesus qui vocat̄ xp̄s.

§ Supplantator vel luctator.

§ Stella maris. § Non de quibus q̄ sine virili coitu de sola virgine nat⁹

Omnes itaq; generatōnes ab abraham vsq; ad dauid generationes. xiiij. z a dauid vsq; ad trās migrationem babilonis genera

uno filio iacob obijt. postea mathat q̄ per mathan descēdit de dauid eandem duxit. z genuit hely. sic iacob et hely frēs sunt veteres. Jacob autem vxorem hely fratris sui sine liberis defuncti ad suscitandum semen eius accipiens genuit ioseph natura suum. sed scōm legem hely filium. Qđ dicit filius eius nomine vocari cui suscitatur non est verum: cum hoz eū quez genuit ex ruth non elymelech cui suscitatur: sed oberh vocauit.

¶ Virum marię. Quid ad christum generatio ex dauid deducta ad ioseph cum christus non ex semine ioseph? Sed non est consuetudo scripturarum vt ordo mulierum in generationib⁹ texatur. et ideo non p mariam sed per ioseph inducit: cum de vna ioseph z maria tribu fuerint. Vñ et eam quasi ꝓpinquā cogebatur accipere: ne triby in aliam se confunderez vnde etiam simul tanq; de vna stirpe profitentur in bethleem redire cum singulis in suam ciuitatem.

¶ Exemplo marię liquet fidelib⁹ coniugatis seruato pari consensu continentiā posse permanere coniugium q; vocari. non permixto corpore. eo seruato custodito mentis affectu. Vnde z ioseph vir marię dicitur. q̄ coniugium verū est vbi conseruatur amoris affectus. z in maria fructus nuptiarum inuenitur.

¶ Omnes itaq;. Decurso ordine generationis: tandem in fine concludendo euangelista recapitulat sub mystico numero.

¶ Tres distinctiones in generatione christi mystice insinuant fidem sancte trinitatis quā concorditer astruit doctrina legalis z euangelicę institutionis. Tres enim trinitatis fidem. quattuor doctrinam euangelicam. decem legis significat institutionem.

¶ In tres thesseredecades diuiditur hec generatio. Prima est ab abraham vsq; ad dauid. ita q̄ dauid includatur. Secunda a dauid. i. iuxta dauid a salomone incipit z in priorem iechoniam finitur. Tercia a secundo iechonia in christo terminatur. Ab abrahaz vsq; ad dauid z a dauid vsq; ad christum. tria in hac distinctione notantur tempora ad christum currere. Ante legem in quo abraham naturale seruans mandatū. Post legem quam iudei ꝓuaricantes captiuantur. Post gratiam per quā omnes de captiuitate soluuntur. Et in his singulis bis. vij. sunt: q̄ grā spūs sanct. in homīe geminatur, vt coz z carnem in vnū iungens faciat vtrūq; exultare in deum. Qđ aūt ter. xiiij. veram significat religionem. Quattuor enī et decez nouum z vetus testamenta indicant. q̄ via ad christum per decem verba legis z quattuor euangelia predicatur. ita tñ vt quicquid adscribitur trinitati quę deus est consecremus. q̄ nulla preceptio implet nisi hic numerus colendi deum teneatur. Vt z hanc viam esse perueniēdi ad christum (qui est nostra terza promissionis) scias: totum numez collige in summaz. z sunt. xlij. quo numero mansionum veteris hebrei de egipto ad patriam veniunt. Et bene hoc numeri sacramēto venimus ad patriam: quo christus a patriarcha cui promissus est peruenit ad virginem quasi ad iordanem spūs sancti grā abundantē. Et ideo euangelista numerauit ab abraham quadraginta duas generationes; velut celestis patrię mānsiones

tiones. xiiij. z a transmigratione babilonis vsq; ad christuz: generatōes. xiiij. Christi aūt† genera

† Non ait sic facta est q̄ semper apud patrem erat § vt per ioseph de dauid monstraretur.

† Per quā dignatus est venire.

tō† sic erat. Cum esset desponsata mater Jhesu Maria ioseph: anteq; conuenirent inuenta est

§ a ioseph.

§ Ecce illud nouum. Mulier circundabit virū. non aliunde q̄ ex se gignendo. † § de quo ē qui concipitur z generatur. § de potestate nō ex substantia: ne spiritus dicatur incarnatus.

in vtero habens de† spiritu sancto

in fine christum supputans qui est consummatio vię z mansio vitę. Jn abrahā primū fides ad iusticiā reputatur: qđ est initiū vię ul' vitę ad requiē Jdeo. xlij. q̄ hoc numero presens ecclesię tēpus ostendit: quo dñs bñ operantib⁹ cooperatur. Septies enī seni. xlij. sunt. Sex ad opera. septē ad requiem pertinent. Vnde bene populus ille sub spe intrandi in requiē per septies sex mansiones castra metat. in qua z vltima ihesu duce. patefacto iordane. requiem intrat. Sic noster ihesus quadragesima secunda generatione ab abraham credente. lauacra baptismi et celi ianuas patefecit. Sub eiusd nūeri sacramēto nos cursu virtutuz ad patriam tendimus: duz quotidie pelibando gustu celestium fruimur. z patienter promissum expectamus.

¶ Matthęus in hac vita que quattuor tē poz cursu tabit: in q̄ regi nos oportet a christo scōm laborio sam disciplinam qua filios flagellat: q̄ i. x. propter decalogi mā data signatur: p qua dragenarium numerum regem christum

uenisse testatur. addito binario ꝓpter duo testamēta quib⁹ regi nos oportet. Vel duo ꝓcepta caritatis in quib⁹ tota lex continetur. z completur vetus scriptura. Quappter in generationib⁹ matthęi que descendendo enumerantur nostroz ꝓ signatur susceptio peccatoz. Jn generationib⁹ autem luce que ascendendo vsq; ad deum perueniunt cui mundati reconciliant̄ per xpi sacerdotiū: intelligit̄ nostroz ablutio pcōz. Jdeo in septuagesio septimo numero tota eius enumeratio completur in cuius mysterio saluato: remittendū esse peccanti dicit. Denarius enim iusticię est nūerus. vn denarius transgressio est denarij: qui septies ductus explicat. lxxvij. in q̄ numero tanq; vniuersalis peccati fit plena remissio peccatoz per christum ascēdentib⁹ ad deum. Nec est mirandū q̄ lucas plures successiones ponit a dauid vsq; ad christum: matthęus pauciores: cum ille ponat alias personas ille alias z ex his forsan alij minus alij pl⁹ vixerūt. Nota nō esse cōsuetudinem scripturaz ꝓ vt in generationib⁹ successionis ordo mulieribus tribuatur. ideo generatio ioseph ordinabiliter ponitur q̄ de eadem tribu de qua z beata maria fuisse cognoscitur.

¶ Christi autem ge. Sine additamento ihesu ponit: vt eum intelligas de quo ꝓpheta: Unxit te deus t. Jhesus qđ substantiale illi conuenit anglo reseruat: vt qui post dicturus est conceptū de spiritusancto, nomen ei ꝓprium ex salutationis officio sublimius declaret.

¶ Sic erat. Sicut dictū est: vt ex ioseph origo marię que est de dauid clarescceret: z christus non ex eius semine vt deus z homo. per genealogiā homo. per hoc q̄ de virgine: de spiritusancto deus ostenditur. Sic inq; erat vt prescripta est. z mox dicetur sicut postea signis et prodigijs manifestatur: vt totus liber deum z hominem natum demonstret. qđ est credēdum vt possit intelligi. Hic enī sensus deficit humanus. vbinon est natura sed virtus. qui non credit: non intelligit q̄ virgo peperit. q̄ verbum caro factum est.

¶ Cum esset desponsata. Qz. Ideo desponsata: vt significaret ecclesiam que virgo erat z sponsa. z vt per ioseph origo marię ostenderet. vel vt ioseph esset testis castitatis defendens eam ab infamia suspitionis. et ne vt adultera damnaretur. z vt virgo viri solatio sustentaret. z vt diabolo partus occultaretur: qui nequit satis dinoscere an ex semine natus sit. an de virgine. z ne virginib⁹ esset excusatio infamię q̄ mater christi infamata fuerit.

¶ Desponsatio fiebat per aliq̄t dies aū assiduam cohabitationē: z interim erat vxor sub custodia viri.

¶ Anteq; conuenirent. Non q̄ postea conuenerint. vt si dicerem⁹ anteq; penituerit morte preuentus est.

¶ Non q̄ postea conuenerint: sed oñdit proximum tempus nuptiarum in quo nuptiarum solennia celebrantur.

¶ Inuenta est. Inuenit ioseph in vtero habere: sed non de spūsancto sciebat esse. cum postea vt dubius deliberaret dimittere eam. Apostolus autem hoc addit ne interim subreperet suspitio lectori.

¶Quomodo hoc factum sit et quo ordine· vel in qua ciuitate christi conceptio sit celebrata· hoc prętermissum: a luca exponitur.

¶Justus. Per fidē qua credebat xp̄m de v̄gine nascitur· et voluit se humiliare ante tantam gratiam.

¶Quia justus erat hoc est testimonium castitatis marię: vt qui seruat innocentē iustus dicatur· Sz et pius dum nollet ꝓpalare· ex conscientia castitatis iustus· et timore pius. Sciebat illam esse inculpabilē: sed vnde vel quid esset ignorabat· et ideo mediaz elegit viam effugiendi: vt neqz innocentē ꝓderet neqz rei in cognitę consentiendo se reum faceret coram deo

¶Vera virtus est· cuz nec pietas sine iustitia: nec sine pietate iustitia: quę separatę abinuicem dilabunt

¶Et nollet eam tra· Quam despondauerat in coniugiuz ducere: ne videret qđ ignorabat celare· vel traducere ad pęnam in qua nouerat ñ esse infamiā· qz sciebat se eaz virginē accepisse z intactam seruasse

¶Hęc aūt eo cogente deo· Dic docemur diu deliberandum esse in incertis ne pecceť temeritate leuitatis.

¶Ecce angelus domini. Quia sic pie cogitat consolari meretur: z cōsiliū suū meliori cōsilio mutať

¶Fili dauid. Recognosce quod promissuz est domui dauid ꝺ qua tu es z maria· z vide ꝑpletū in ea

¶Noli timere. Quis tm̄ sit ęstum credis· et ne timeas pro reatu: sed amplectere caritatis intuitu

¶Cōiugem. Coniunx erat non concubitu sed affectu· non coniunctione corporis sed copulatione animoz.

¶Nota coniugem dici a prima fide desponsationis. Igitur dispensationis est si quis permittitur aliam ducere post sacramentum sponsionis si nunqz debitum soluere possit.

¶Bene ioseph vir z maria coniunx dicitur: cum in eo seruatur affectus amoris quod est verum coniugium· z in ea sine coitu est fructus nuptiaz.

¶In ea natum. De ea nasci est in lucem produci. In ea vero nasci ē cōcipi· vel ꝺ ꝑscientiā angeli quā ꝺz ex deo· cui futurū q̄si ꝑteritū natū dī

¶De spiritu sancto. Spiritus sanctus dicitur deus z donum dei et caritas· z sola caritas cum incarnari fecit.

¶Pariet. Ne videretur ioseph non esse necessarius ei subdit· pariet· z ita eris necessarius procurationi.

¶Vocabis. Idem dicit isti quod prędixerat marię: vt promissum saluatorē iā venisse tā viris q̄s fęs repntet ex voce. Ipse enī· nomē interꝑtat

¶Hoc autem totum. Qz ꝓpinquo est desponsata· ꝙ inuenta est in vtero habēs· ꝙ pępit virgo· ꝙ ihesus vocatus est· ꝙ saluat. Hoc enī ait euangelista quando iam omnia impleta erant.

¶Vt adimpleretur. Prophetia signum est prescientię dei: qz quod dicit certum est a deo prescīri· z ideo ab homine debet timeri. Nullum autem signum quod designat efficit: sed tm̄ signat quod ostendit· sic ꝓphetia non necessitatem eoz facit quę prędicit: sed signum est prescientię dei.

¶Die· Non est necessitas rerum ex eloquio ꝓphetaz sed sola exhibitio veritatis. Prophetia non facit necessitatem eoz quę dicit: sed signum est prescientię dei. Prophetia alia est ex predestinatione dei quam necesse ē omnibus modis euenire· vt sine nostro impleatur arbitrio· vt hęc de qua hic agitur. Alia est ex prescientia dei cui nostrum admiscetur arbitrium. Alia est quę comminatio dicitur: quę fit ob signum animaduersionis diuine vt fugiant a facie arcus electi· z iuste pereant incanti· z non ex prescię tia· qz longe aliter scitur qđ futurz comminetur.

¶Ecce virgo. Admiratur ꝓpheta ysaias z quasi omnes de somno suscitans· ait Ecce virgo in vtero habebit· spū sancto presens erat quod in tempore nondum erat.

¶Ecce v̄go ꝛc. Dicūt iudei q ñ ē ih̄s nomē integritatis sz etatis puella. Sz qđo tē est signū? Dēsū ysaię sequtur ñ v̄ba· p cōcipiet ponit· in vtero habebit· z vocabūt ꝓ vocabis vel vocabitur·

¶Emanuel. Pro prīū est xp̄i vt ihesus: quia cum his q̄s saluat semper adiunando perseuerat.

¶Tribus de causis de veteri testamento astruit ea quę ponit ī euangelio. Pro testificatione: vt habeat testimonium a lege z ꝓphetis. Pro confirmatione fidei: qz facilius credimus cū videmus impleta q̄ fūt prędicta· Pro coniunctione noui z veteris testamenti.

¶Exurgens ꝺ· Moz· Quisquis a deo monetur: soluat moras· surgat a somno· faciat quod iubetur.

¶Fecit sicut precepit. Perfecta obediētia. Fecit non tantuz qđ prędepit angelus: sed etiam sicut p̄cepit recte dicitur fecisse sicut prędepit ei angelus.

¶Angelus do. Non relinquit mētiendi locus: vbi officium angeloz celebratur.

¶Et accepit coniugem suam. Ad vitandam virginis infamiam ad celandū saluatoris aduentum· ad necessariū pueri nascentis obsequm

¶Donec peperit. Non ꝙ post· quod magis constat· cum multis modis cognouit deum esse qui natus est.

¶Non ꝙ postea cognouerit: sed ponitur donec pro et· vel pro ęterno· vt donec po· mi· tu· sca· pe· tu·

¶Dicit ꝙ ioseph mariā facie ad faciē videre nō poterat quam spūs sanctus a cōceptōne implenerat penitus. Et ideo nō cognoscebat facie ad faciem quā desponsauerat: donec vterus euacuaret· de quo ꝺ non agitur

¶Primogenitū· Prīogenitū dī oē qđ apit vuluā siue aliud sequtur siue ñ. Vl prīogenit⁹ inter oēs electos ꝑ grām. Proprie aūt vnigenitus dei patris vel marię dicitur. C. .II.

¶Cum ergo natus. Quamuis matthęus natiuitatem prętermittat tamen aduentum magoz referens· breuiter eam commemorat sic dicens: Cum ergo ꝛc.

¶Quattuor hic ponūtur a ꝓphis roborata· natiuitas· nomē· locꝰ z tpūs

¶De natiuitate domini in bethleem matthęus et lucas consentiunt: sed quomodo et qua occasione ad eam venerint Joseph et maria lucas exponit: matthęus prętexit: sicut et cętera vsqz ad circumcisionem· sicut ecōtra de aduentu magoz lucas tacet: z matthęus exponit:

¶Bethleem iude. Ad differentiam illius quę est in galylea in tribu zabulon. Duę enim sunt bethleem

¶Bethleem prius dicta est effrata. Bethleem domus panis: qz ibi nascaturus erat panis viuus qui de ęlo descendit· qui ponitur in presepio

ſSponſus.

Joſeph autem vir eius cum eſſet

↑ ſpro traducere greci habent propalare.

iuſtus: et nollet eā ↑traducere: vo

† ſNe si palam esset vt adultera puniretur.
†ſNe si retineret nesciens euentum rei· q· cō scius esset peccati ↑ ſvt occulte dimitteret.

luit †occulte †dimittere eaz†. Hęc

ſNon deluſor

autem eo cogitante ecce angelus

† Non manifesta visione: quia dubietate animi premebatur velut somno infidelitatis
†ſ Ne vlterius premeret dubietas quez commendabat equitas·

domini ī ſomnis †apparuit ei di

ſ familiarem z notum ostendit: cuius nomen z genus dicit.

cens: Joſeph fili dauid noli time

† ſm preceptum legis nominatam

re accipere mariam †coniugem tu

† ſEt ne suspiceris q ꝺ alio sit: Q enī ex ea ẽ·
†ſ Jam conceptum

am †. Quod enim in ea †natuz eſt

de ſpiritu ſancto ẽ. Pariet aūt fili

† ſ Non impones quod ab eterno impositū ē

ſ Saluatorem.

um z †vocabis nomē eius †ihesū.

ſ Subdit cām nominis †ſ qđ solius dei est.

ſ Quos predestinauit

Ipſe enim †ſaluū faciet †populuz

↑ Que ex eis sunt. †ſ Hoc quod narrat testimonio prophetico certius facit.

ſuuz a †peccatis eoz†. Hoc autē

totum factum eſt vt adimpleret

† ſ yſaiam

quod dictū eſt a domino per †pro

†ſ Quasi ex substantia sue carnis non aliunde nisi per coitum viri.

pheta dicentē: Ecce virgo in †vte

†ſ vel vocabunt· primo angeli psallentes· in de apostoli predicantes· vel alii credentes.

ro habebit: z pariet filiū. z †voca

bitur nomē eius emanuel quod

† ſverbum caro factum est et ba· m no·
ſ Nobiscum· i· in homine deus.

eſt interpretatū †nobiſcum deus.

ſ Dubietatis.

Exurgens autem ioſeph a ſomno

ſ Non malignus.

fecit ſicut precepit ei angelus dñi

ſ propter predictas causas † ſ ad opus coniugale. ſ propter secreta que didicerat.

Et accepit coniugem ſuaz†. Et nō

cognoſcebat eā donec peperit fili

†ſ ſ· i· substantie sue † ſ ante quem nullus nec post quem alius. ↑ ſ die octauo quo fiebat circūcisio et nomen imponebatur.

um †ſuuz †primogenituz et †voca

uit nomen eius Jheſum.

C. .II.

ſ Ecce natiuitas· cum esset na.

Cm ergo na

ſNomen ſ Locus.

tus eſſet ihesus ī bethleē

¶Exhibitione seruitutis z affectu amoris obediēs recte dicitur fecisse sicut precepit ei angelus.

¶Angelus do. Non relinquit mētiendi locus: vbi officium angeloz celebratur.

¶Et accepit coniugem suam. Ad vitandam virginis infamiam ad celandū saluatoris aduentum· ad necessariū pueri nascentis obsequm

¶Donec peperit. Non ꝙ post· quod magis constat· cum multis modis cognouit deum esse qui natus est.

¶Non ꝙ postea cognouerit: sed ponitur donec pro et· vel pro ęterno· vt donec po· mi· tu· sca· pe· tu·

¶Dicit ꝙ ioseph mariā facie ad faciē videre nō poterat quam spūs sanctus a cōceptōne implenerat penitus. Et ideo nō cognoscebat facie ad faciem quā desponsauerat: donec vterus euacuaret· de quo ꝺ non agitur

¶Primogenitū· Prīogenitū dī oē qđ apit vuluā siue aliud sequtur siue ñ. Vl prīogenit⁹ inter oēs electos ꝑ grām. Proprie aūt vnigenitus dei patris vel marię dicitur. C. .II.

¶Cum ergo natus. Quamuis matthęus natiuitatem prętermittat tamen aduentum magoz referens· breuiter eam commemorat sic dicens: Cum ergo ꝛc.

¶Quattuor hic ponūtur a ꝓphis roborata· natiuitas· nomē· locꝰ z tpūs

¶De natiuitate domini in bethleem matthęus et lucas consentiunt: sed quomodo et qua occasione ad eam venerint Joseph et maria lucas exponit: matthęus prętexit: sicut et cętera vsqz ad circumcisionem· sicut ecōtra de aduentu magoz lucas tacet: z matthęus exponit:

¶Bethleem iude. Ad differentiam illius quę est in galylea in tribu zabulon. Duę enim sunt bethleem

† ſ Quando omnes confluebant ad legis monita quieto corde meditanda. Ad publicos autem conuentus accedit·vbi doctrina illius a multis audiatur.
suetudinem suam† die sabbati in
† ſ Si minori reuelatũ fuerit: seniorꝝ taceat
synagogam: et† surrexit legere. Et

ſ ab illis qui christi aduentũ desiderantes· etiam ipsius aduentus manifesta indicia reliquerunt.
traditus est illi liber prophetę ysaię. Et vt reuoluit librum: inuenit locum vbi scriptũ erat. Spiritus
ſ vel propter.
domini super me eo q̃ vnxit me·
ſ ut beati pauperes spiritu.
euãgelizare pauperibus misit me sanare contritos corde·prędicare
ſ Judeis de pharaone·gentibus de diabolo
† ſ tam iudeis q̃ gentibus
captiuis remissionem·et† cęcis vi
ſ vnxit·vel misit ſ Judeos lutum fabricando·gentes idolis supplicando.
sum·dimittere ꝓfractos in remissionem: prędicare† annum domini
ſ Et predicare ſ Judicii.
acceptum ꝛ diem retributionis. Et cum plicuisset librum reddidit ministro ꝛ sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intẽdentes in eum. Cępit aũt dicere ad illos. Quia
ſ impleta est in hoc: qz sicut illa predixerat·ꝛ magna faciebat·ꝛ maiora euangelizabat.
hodie ipleta ẽ hęc scriptura in auribus vestris. Et omnes illi testimonium dabant ꝛ mirabantur in verbis gratię quę procedebãt de ore

¶ Et vt reuoluit Liber prophetię clausum accipit: sed reuolutũ legit: qz mysterium incarnationis sue in prophetis obscurũ·ꝛ priꝰ suscepit implendũ· et post mortalibꝫ aperuit intelligendum.

¶ Accipit librꝫ: vt ostẽdat se esse qui locutus est in prophetis·ꝛ remouet sacrilega perfidorꝝ testimonia·qui alium veteris dicunt· alium deũ esse noui testamenti. Vel qui dicunt initium christi eẽ ex virgine. Quomodo enim cępit ex virgine·qui ante virginem loquebatur?

¶ Spiritus. Beda. In superioribus prophetię saluatoꝛ de gẽtium vocatione·ꝛ ecclesię confirmatõne loquens·dicebat. Ego dominus in tempore eius subito faciam illud·confestimq̃ intulit. Spiritus domini s.m·scõm q̃ homo. Unde ĩ psalmo. Unxit te deus oleo lętitię pre consortibus tuis. Pre ceteris sanctis vnctus est spirituali vnctione quãdo in iordane super baptizatum spiritus in specie columbe descendit· et mansit cum illo. Unctus est igiẽ virtute celesti: vt paupertatez conditiõis humanę thesauro resurrectionis ditaret eterno·captiuitatẽ mentis auferret·cecitatem illuminaret animarũ·confractis ꝛ contritis corde mederetur· alligando cõtritiones eorꝝ·ꝛ remittendo peccata·vel vt eos qui legis pondere deprimebãtur releuaret·ꝛ in remissionẽ gratię spiritualis admitteret prędicare annuꝫ domini acceptũ. Annus iubilei ꝛ verę libertatis· tempus gratię· quo ecclesia in corpore versata peregrinat a domino. Unde apostolus. Ecce nunc tempus accep·e·n·d·s·ꝛ post annũ acceptabilẽ p̃dicare diem retributõnis q̃ filius hoĩs veniet in gloria cũ angelis reddere vnicuiq̃ ꝓm opa sua. Ad hꝫ cũcta euãgelizanda vel agẽda· ideo se dicit missũ: qz spũs dñi est sup eũ.

¶ Et cum pli·B·Iudiciibꝫ illꝰq̃ aderãt legit: ꝫ lectũ mĩstro reddit: qz cũ eẽt in mũdo·palã locutꝰ ẽ mũdo·docẽs in synagogis ꝛ in tẽplo: ꝫ ad cęlestia regressurꝰ: his q̃ ab initio ipsũ viderãt ꝛ mĩstri ꝓmoĩs fuerãt euãgelizãdi offm tradidit. Stãs legit: qz dñs nob scripturas q̃ de ipso erãt aptit ĩ carne digꝰ ẽ opari. Sꝫ reddito libro residet: qz pacto dispẽsatõis offõ·discipłos doctrię sue seqces elegit·seqz supnę dei solio restituit. Sic p̃dicator verbi surgat·legat·i·operet ꝛ p̃dicet. Et resideat·i·premia ętis expectet.

¶ B·Reuolutũ legit: qz eccliaz misso spũ oẽz veritatẽ docuit· plicatũ ministro reddidit: qz ñ oĩa oĩbꝫ dicẽda: sed ꝓ capacitate audientiũ ꝓmittit doctori dispensandum verbum.

¶ Testimoniũ dabant. Testabantur vt ipse dixerat eũ esse de quo

prophetę ceciderant·vere ſpiritusſancti gratia peruncti·vere ſe pauperes cęcos·captiuos·confractos·illi⁹ ſuper omnia indigere muneribꝫ.

¶ **Medice.** Sicut fabri filiũ·ita eadem erroris vemẽtia medicum vocant:ſed in erroꝛe illoꝛum·veritas latet. Vere enim erat filius fabri·qui per ipſum in principio omnia fecit·qui operatur in ſpirituſancto et igni·qui in magna domo hui⁹ mundi facit vaſa diuerſi generis. Eſt ꝛ medicus:quia per ipſum omnia quę in cęlis ꝛ quę in terra ſunt reſtaurata·qui de ſe dicit. Non eſt opus valentibꝫ medicus:ſed male habentibꝫ.

¶ **Cura teipſum.** Quia in capharnaũ plures te curaſſe audiuimus· cura etiam te ipſum·ꝛ fac ſimiliter in tua ciuitate·vbi cõceptus es et nutritus. Quod quare dominus non fecerit·alius euangeliſta oſtendit·ꝛ excuſat dominuꝫ dicens· Quia non poterat ibi vllam virtutẽ facere· niſi ꝙ paucos infirmos curabat·et mirabatur propter incredulitatem eoꝛum. Non ergo vilipendebat domino patria·quia mabat ciues:ſed incredulitas eoꝛum hoc nõ merebatur·ꝛ patria ſe charitate priuabant deſpicientes chriſtum quaſi notum.

¶ **Amen dico ꝛc.** Beda. Non ſolũ domin⁹ ꝛ caput prophetarum· quia a moyſe prophęta nominatur: ſed et helyas et cęteri minoꝛes prophętę minus in pria ꝙꝫ in cęteꝛis ciuitatibꝫ ſũt honorati qꝛ propemodũ naturale eſt ciues ciuibꝫ inuidere·nec enim cõſiderant pręſentia viri opera·non virtutem: ſed fragilem recordantur infantiã·quaſi nõ ꝛ ipſi per coſdem ętatis gradus ad maturã ętatem peruenerint.

¶ Hinc declaratur ꝙ fruſtra opem miſericordię cęleſtis expectes: ſi alienę virtutis fructibꝫ inuides. Aſpernatoꝛ enim domin⁹ eſt inuidoꝛ·ꝛ ab his qui diuina beneficia in alijs perſequũtur·miracula ſuę virtutis auertit.

¶ **In diebus helyę.** Beda. Quaſi non eſt contrarium exemplo prophętarum·ꝙ vobis meis ciuibꝫ faſtidioſis diuina beneficia ſubtrabo·quia ſicut tempoꝛe famis nemo in iudea eſt dignus repertus hoſpitio helyę:ſed exterę gentis vidua eſt quęſita·quę a tanto prophęta viſitaretur. Et ſicut multis leproſis ibidem exiſtentibꝫ ſolus naaman ſyrus qui deuote quęſiuit eſt curatus·ſic ꝛ vos modo qui me ex inuidia ſpernitis ſuperno munere eſtis priuati·non cauſa meę impotentię·vel inuidię.

¶ **In diebꝫ helyę.** In quibꝫ helyas eſt operatus. Vel quia diem faciebat illis qui in eius operibꝫ lucem videbant gratię ſpiritualis· ꝛ conuertebant ad dominũ. Et ideo aperiebatur cęlum videntibus diuina myſteria·claudebatur quãdo fames erat:qꝛ nulla erat cognoſcẽdę diuinitatis vbertas.

¶ **Viduam.** Beda. Vidua ad quã helyas mittitur· gentium figurat eccleſiam·quę a ſuo conditoꝛe diutius deſerta populum rectę fidei neſciuit quaſi pauperem filium egena ſtipe nutriebat·id eſt·verbo ſecularis ſcientię abſqꝫ humilitatis fructu docebat·quę bene in ſarepta ſidonioꝛ fuiſſe dicitur. Sidonia enim venatio inutilis. Sarepta incendium vel anguſtia panis interpretatur. Quibꝫ omnibus gentilitas exprimitur·quę inutili venationi dedita·id eſt·lucris ꝛ negocijs ſeculi ſeruiens· incendium carnalium cupiditatũ·pauſqꝫ ſpiritualis anguſtias patiebatur:donec helyas·id eſt· propheticus ſermo mittitur ad eum·qui in iudea fame periclitabatur·clauſa celi ianua·id eſt·ceſſante ſcripturarũ intelligentia pro perfidia iudeoꝛũ. Venit ergo propheticus ſermo ad eccleſiam: vt receptus paſceretur·ꝛ refeceret coꝛda credentium. Vbi prius panis ſpiritualis erat in anguſtia: ibi farina et oleum oꝛe prophetico benedicitur·id eſt·fructus ꝛ hilaritas charitatis·vel gratia dominici coꝛporis·ꝛ vnctio criſmatis·indefectiuo verbi cęleſtis munere fęcundatur·ꝛ hactenus hęc munera apud eccleſiam non deficiũt. Hęc mulier myſticaꝫ panem factura·duo ligna colligit:in quo figuram crucis exprimit·in qua nobis vitę ęternę ꝓparatur panis.

¶ **Naaman ſirus.** Beda. Naaman qui decoꝛ interpretatur:populuꝫ ſignificat nationũ·olim perfidię ſcelerumqꝫ lepra maculoſum: ſed ſacramẽto baptiſmi ab omni mentis ꝛ coꝛporis fedi tate purgatuꝫ· qui capte conſilio puellę·id eſt·ſuperne inſpiratio nis gratia quam indeis ſeruare non valentibus rapuere gentiles:commonitus: ſepties lauari iubetur: quia illud baptiſma ſalnat quod ſeptiforꝫmi ſpiritu regenerat. Vnde caro eius poſt lauacrum ſicut pueri apparuit:quia mater gratia·omnes in vnã parit infantiam. Vel factus eſt vt puer·id eſt· exuto veteri homine ꝓformatus eſt chriſto· de quo dicitur. Puer natus eſt nobis: ꝛ filius datus eſt nobis. Partem ſanctę terrę ſecum tuliſſe dicitur: quia oportet baptizatos dominici coꝛporis participatione confirmari.

¶ **Et eiecerunt.** Beda. Qꝛ dominus de eis ſupraditerat: hoc ipſi de ſe verum eſſe facto oſtenderunt quia eiciunt extra ciuitatem nec ſalutẽ mentur·qui ſaluatoꝛem pellunt de ſuis finibꝫ.

¶ **Et duxerunt ꝛc.** Beda. Peioꝛes iudei diſcipli diabolo magiſtro Ille verbo ait. Vade te deoꝛſum·iſti facto mittere conãtur. Sed illoꝛum mente mutata ſubito vel obſtupefacta deſcendit· qꝛ adhuc illis locum pęnitentię reſeruat·ꝛ quia nondum venerat hoꝛa paſſionis·nec elegerat hoc genus moꝛtis. Qꝛ capitur a paucis ꝛ tenetur·voluntatis eſt·ꝙ a populo nõ tenetur ſed tranſit:maieſtatis eſt. A paucis voluit crucifigi: vt non multoꝛum eſſet ſacrilegium:ſed in actoꝛes crucis inuidia retoꝛqueretur· ꝛ a paucis affigeretur pro omnibꝫ moꝛiturus.

¶ Beda. Dicitur ꝙ cum dominus de manibꝫ illoꝛ elapſus per medium illoꝛum de rupis vertice deſcenderet: atqꝫ ſub ipſa rupe lateret: ſubito ad tactum veſtis illius ſaxum illud ſubterfugit· et ad inſtar cerę reſolutum quendam ſinum quo dominicũ coꝛpus reciperetur effecit·tantę vtiqꝫ capacitatis·quantę ipſum coꝛpus extitit quantitatis·in quo vſqꝫ hodie vniuerſa liniamenta ꝛ rugę veſtis quę a tergo domini fuerant. veluti diuini ſculptoꝛis expreſſa manu ſeruantur.

¶ **Et deſcendit ꝛc.** Beda. Nec indignat õne commotus·nec ſcelere offenſus·nec iniuria violatus·indęam deſerit:ſed memoꝛ clementię·nunc docendo· nunc liberando· nunc ſanando·in fide plebis coꝛda demulcet. Qꝛ ſabbatis maxime ſanat ꝛ docet:ſe non ſub lege ſed ſupra legem eſſe docet· nec ſoluitur lex ſi fit renouatio hominis iam labentis.

¶ **Sabbatis.** Beda. Sabbatis dominicę medicinę opera cępta ſignificant ibi nouam creaturã incipere vbi vetus creatura ante deſinit·in quo etiam ſe creatoꝛem oſtendit·qui opera operibꝫ intexit· ꝛ proſequitur opus quod iam cęperat. Incipit autem a minoꝛibꝫ vt ad maioꝛa perueniat·l bere a dęmone etiam homines poſſunt:ſed in dei verbo reſurrectionẽ moꝛtuis imperare ſolius diuinę eſt poteſtatis.

¶ **Quia in poteſtate.** Beda. Sermo doctoris in poteſtate fit:cum cuncta quę docet operat'. Qui enim facto deſtruit qđ prędicat: ꝓtempnitur

ſ tamen ſcribe ꝛ phariſei innidentes.
ſ Beda. Magna cecitas·eũ quem verbis ꝛ factis chriſtũ eſſe cognouerant: ob ſolam generis noticiam contemnunt qꝛ apud ſe nutritum·ꝛ per etatũ tempoꝛa profeciſſe viderant.

filius ioſeph:et ait illis. Vtiqꝫ dicetis michi hanc ſimilitudinem.

† ſ Quid prouerbium contineat aperit· ſcilicet· Quanta a·f·

Medice cura teipſum.† Quanta

ſ Quaſi non credimus quod incerta fama vulgauit·cum apud nos nichil tale feceris· quibus conuenientius talia impendẽda erant beneficia.

audiuimus facta in† capharnauꝫ: fac et hic in patria tua. Ait au-

† ſ Quaſi dicat. Ideo non operoꝛ inter vos: qꝛ uos incredulitas non qꝛ patriam oderim·cui beneficium mee natiuitatis contuli.

tem. Amen dico vobis: qꝛ nemo prophęta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis: multę vidue erant in diebus helyę in iſrael quando clauſum eſt cęlum annis tribus ꝛ mẽſibus ſex· cum facta eſſet fames magna in omni terra. Et ad nullã illarũ miſſus eſt helias: niſi in ſarepta ſidõię ad mulierem viduam. Et multi leproſi erant in iſrael ſub helyſęo prophęta: ꝛ nemo eoꝛum mundatus eſt· niſi naaman ſyrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira hęc audientes. Et ſurrexerunt· ꝛ eiecerunt illum extra ciuitatem. Et duxerũt illum vſqꝫ ad ſupercilium montis ſuper quem ciuitas illoꝛum erat ędificata: vt precipitarent eum. Ipſe autem tranſiens per mediũ illoꝛũ ibat. Et deſcẽdit in capharnaũ ciuitatẽ galileę ibiqꝫ docebat

ſ vel illos·

eos ſabbatis. Et ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat

Vel scdm aliū euangelistā erat docens illos sicut potestatē habens et nō sicut scribę qui de preceptis legis alios docebant: sed ihesus quasi autor et impletor legis, vel mutabat vel augebat.

¶ Et in synagoga. B. In synagoga est hō habens spiritum immundum: qr spiritū sanctum amiserat. Introierat enī dyabolus. vnde christus spiritualiter exierat.

¶ Mystice. Homo in synagoga habens dęmoniū. populus est iudeorum. q̄ adeo īprobi vt negent quem dyabol⁹ confitetur.

¶ Et exclama. ꝛc. Mozaliter. Omnis amaritudo. ira. et clamor. immundi spiritus furor est. Fornicatio immundicia. cōcupiscentia mala. auaricia. febris illecebrosę carnis est.

¶ Sine. B. Paulus ā mexrando qescit cui nulla est societas cum nostra fraude

¶ Quid nobis et tibi ꝛc. Beda. Extorta confessio non habet meritum: sed est veluti fugitiui serui. qui post multū tempus videns dominum suum. nichil aliud nisi de verberib⁹ deprecat. Sic dęmones ad sę iudicādos dominum venisse credentes. prędentia illius tormentantur

¶ Ihesu nazarę ne. ꝛc. Bona natura quę deum confitetur. mala operatio dyaboli. quę deo aduersat.

¶ Nota q̄ nomē ihesu nazareni ab euāgelista dyabolus primus dixisse inducitur. quia est hui⁹ impudentię: vt inter boīes aliquid prius vsurpet. et ad homines quasi nouū deferat. quo errorem suę potentię incutiat. In genesi etiam dyabol⁹ primus deū noīauit.

¶ Scio te qui ꝛc. Per opera potuit p bari filius dei. Sz nō ne dixit apostolis. Maiora facietis? Solutio per opera. id est. modum operationis. Alij dicebant. In nomine ihesu christi. ꝛc. Ipse dicebat. tibi dico. ꝛc.

¶ Obmu. B. Quia per linguā serpētinā prīo intrauit mors in mūdū: prius lingua serpentina obcluditur: ne virus vltra spargat. Deinde fēia quę prima seducta est a carnalis concupiscę febre ē curata. Tercio vir q̄ dicta coniugis audiuit a lepra curatur.

¶ Et cū proie. B. Curandus permittitur a dęmone in medium proijci: vt virtus patefacta plures ad salutem inuitet.

¶ Beda. Marcus ait. Et discerpens eum spiritus immundus. et exclamans voce magna exijt ab eo. Et hoc est quod lucas ait. Et cum proiecisset eum in medium: Sed nichil nocuit illa iactatio. nec eum debilitauit. sic solent exire dęmones quibusdā membris amputatis vel exulsis. Vnde etiā pro tam integra restauratōe etiā non credentes admirantur.

¶ Beda. Mozalr. Homo a dęmonio liberatur: cum anim⁹ ab immunda cogitatione purgatur. femina a febrib⁹ curatur: cū caro a concupiscentię feruore refrenatur.

¶ In uirtute. Non vt homines qui in verbo dei dęmonia eijciunt: sed propria potestate virtutes operatur.

¶ In domū symonis. ꝛc. Domus petri. circumcisio est eius apostolatui commissa. Socrus ē synagoga: quę quodam modo materē ecclesię petro commissę. Nec febricitat: quia inui dię gestibus laborabat persequēs ecclesiam. Sed ihūs stans super eam sanat quia vbi timor dei incipit esse. talis festinatō solet recedere.

¶ Et rogauerūt Beda. Modo saluator rogatus. modo nō rogatus curat. ondens se contra vitia quoq; passiōes. et p̄cibus fidelium semp ānuere. et ea nō nunq̄ q̄ ipsi nī se intelligūt. vel intelligēda dare. vel pie petentib⁹ etiā non intellecta dimittere. vt delicta q̄s intelligit: ab occultis meis m. m. dñe.

¶ Surgens. Be. Naturale ē febricitantib⁹ incipiēte sanitate lassescere. et molestiam egritudis sentire. Sz sanitas q̄ dñi dat imperio. tota sil' redit. et etiaz eo robore firmat vt suis adiutorib⁹ p̄tinuo ministrare sufficiat et iuxta leges tropologię mēbra q̄ fuierāt īmundicię. seruiant iustię.

¶ Cū aūt sol oc. B. Sol occubit⁹. passio xp̄i. p quaz plęs sanant dęmoniaci q̄z añ viuēs in carne egrotos sanauerat: qr in carne viuēs paucos iudeorū. docuit p⁹ resurrecti onē gentib⁹ apparuit.

¶ Tu es fi. d. B. Cū ieiunio fatigatuz dyabol⁹ videret: verū boīez intellexit: ꝑ q̄ tē tādo ī ꝓualuit vtrū ec dei fili⁹ eēt dubitabat Nūc g̊ p signoz potētiā iam certioz effect⁹. filiū dei arbitrabatur Non g̊ eū iō crucifigit: vt filiū dei i gnozet: ꝑ qz ei⁹ morte se dānandū nō ꝓuidet. Hoc enī mysteriū a sclis ē absc̄ditū: qr si cognouissent d. g. n. cru.

¶ Et increpans nō. B. Ideo phibet loq̄. ne dū aliq̄s audit vera p̄dicantē seq̄tur erantē. Improbi enī mgr̄ ver̄ falsa pmiscet: vt specie veritatis testimoniū fraudis obtexat.

¶ Facta aūt d. Mysti. Manifestata luce resurrōnis. a credentiuz turmis reqritur. et in gentiū deserto inuēt⁹. ne abeat retinetur. C. V.

¶ Factū est aūt. Nec tpe nec loco turba a studio sanādi cohibet. vesp incūbit. et tn̄ seq̄tur. stagnū occurrit et turba vrget: et iō ascēdit ī nauī petri.

¶ Secus stagnū. B. Stagnū pns sclm desigt. Dns aūt iam n̄ in stagno q̄si iam nō in carne passibili: ꝑ sec⁹ stagnū: qr in ea carne in q̄ passus ē stabilitatē perpetuę quietis adijt.

¶ Genezareth. A pprietate loci q̄si generās aurā: qr crispātib⁹ aquis de se auram emittit.

¶ Vidit duas naues. Beda. Duę naues. circūcisio et prepuciū. q̄s

---

sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens dęmonium immū dum. Et exclamauit voce magna

† ¶ Que communicatio christi ad belial. ¶ nobis tormenta et tibi gloria.

dicens. Sine. † quid nobis et tibi ihesu nazarene? Venisti perdere

¶ uehementer opinor ¶ al. qr.

nos. Scio te qui sis sanctus dei Et increpauit illum ihesus dicēs: Obmutesce. et exi ab illo. Et cum proiecisset illuz dęmonium in me

¶ Nullum membz̄ amputauit

dium. exijt ab illo: nichilq̄ euz nocuit. Et factus est pauor in omnibus: et colloquebātur ad inuicem

¶ res digna verbo

dicentes: Quod est hoc verbum. quia in potestate et virtute imperat immundis spiritibus et exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

Surgens autem ihesus de synagoga introiuit in domū symonis. Socrus autem symonis teneba

† ¶ Alii euangeliste non dicunt q̄ rogassent.

tur magnis febrib⁹: et † rogauerūt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri. et dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum sol autem occidisset omnes qui habebāt infirmos varijs languoribus ducebāt illos ad eū

¶ Misericordie.

At ille singulis manus imponēs curabat eos. Exibāt autem dęmonia a multis clamātia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpās non sinebat ea loqui: quia sciebāt ipsum esse christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locū et turbę requirebant eum. et venerunt vsq̄ ad ipsum. et detinebant illum ne discederet ab eis. Quib⁹ ille ait. Quia et alijs ciuitatibus optet me euangelizare regnū dei. quia ideo missus sum. Et erat prędicans in synagogis galyleę.

C. V.

Actum est autem cum tur

¶ Conuentus turbaz̄ fidem designat populorū

bę irruerent in eū vt audirent ver

¶ Qui magna fecit in terra. trāsit ad mare: vt et ibi faciat. et domin⁹ maris terreq̄ appareat

¶ Legem

bū dei: et ipse stabat secus stagnū genesareth. Et vidit duas naues

videt: qz in vtroqz populo nouit qui sūt eius. quoz corda a fluctib⁹ scli ad futurę vitę tranquillitatē. quasi ad litus misericorditer vidēdo prouebit.

¶ Piscatores. Doctores ecclesię retib⁹ fidei ꝓprehensos. z de profundo ad lumen elatos. terrę viuentiū quasi litori pisces ingerunt.

¶ Lauabant retia. Lota retia plicat qui intermisso ꝓdicandi officio quod alios docuit. ipse implere satagit.

¶ Quę erat sy. Nauis symonis. primitiua ecclesia circūcisiōis. de cui⁹ autoritate docet gētes vsqz hodie. Quę bene vna: qz multitudinis credentiū. erat coz vnū z anima vna.

¶ Hec nauis apud matthęum fluctuat. in quo attenditur principium ecclesię. qñ trepidantib⁹ discipulis xpc adhuc dormit. quando petrus suis meritis firmus. alienis turbat' quando iudas proditoz adhuc est immixt⁹ Lucas dicit piscibus repleri: qz ad finem ecclesię respexit. vbi fructus exuberat. vbi perfectis in fide christus vigilat. vbi perfidia proditoris cessat. vbi perfecta dilectio.

¶ Rogauit eum. Beda. Qz primo rogat nauim a terra reduci pusillum: significat vel tempate vtendum verbo ad turbas vt nec terrena eis ꝓcipiantur. nec a terrenis in profunda sacramē toz recedant. vt ea penitus non intelligant Vel prius in proꝛis regionib⁹ gentib⁹ ꝓdicandū. Sed dum dicitur petro. duc in altū ad remotiores gentes quib⁹ postea ꝓdicatū est pertinet.

¶ Duc in altū ꝛc. Amb. Et si alijs īpat' vt laxent retia: soli petro dicitur. Duc in altum. id est. in profundum disputationū. vt quādo de ęterna verbi generatōe disseritur. quę nō visu: sed sola fide attingitur. vel quādo de virtute resurrectōnis. vel de spiritussancti profluentib⁹ donis instruitur ecclesia z armatur.

¶ Laxate retia. Beda. Retia sunt verboz complexiones. z quasi quidam orationis sinus z disputationū recessus. qui quos capiunt non amittunt. Vñ z retia q̄i retinētia sunt vocata. q̄ captos n̄ ꝓmunt: sed reseruāt.

¶ In verbo aūt tuo. B. Nisi in verbo gratię laxata fuerint instrumenta disputationū. frustra ꝓdicatoz vocis suę iaculum mittit. Quia fides populoz non in sapientia verbi compositi. sed diuinę vocatōnis munere prouenit. O vacua presumptio. o humilitas fructuosa. Qui nichil ante ceperant: magnam in verbo concludunt multitudinē. Rumpitur rete pro multitudine piscium: quia modo cum electis tot reprobi intrant. qui ipsam ecclesiam hęresib⁹ scindant. Rumpitur rete: sed nō labitur piscis: qz dñs suos seruat. etiā inter persequentiū scandala.

¶ Rumpebatur. In ecclesia circūcisionis rumpitur rete: qz non tot intrant de iudeis. q̄t apud deū ad vitā erant ꝓordinati. Alia ergo nauis. id est. ecclesia de gentib⁹ succedit. quę electos ad salutē colligit. Qui non intrant nisi rupto rete: quia ante iudas proditoz. ante symon magus. ante ananias z saphira. ante multi quos iohannes antichristos vocat. abierunt retroꝛsum: q̄s paulo vel barnabę committatur apostolatus gentium.

¶ Legem.

stantes secus stagnuz: piscatores
§ A naui in litus.
autē descenderāt z lauabant retia
Ascendens autē in vnam nauim
quę erat symonis: rogauit eum a
§ Ab amore terreno.
terra reducere pusillum. Et sedens
docebat de nauicula turbas. Ut
cessauit autē loqui: dixit ad symo
§ Ad christū ascendentē in altum. § qz
nem. Duc in altum. z laxate retia
boni z gentiles parati erant accipere legem
vestra in capturam. Et respondēs
§ Sicut humilis
symon dixit illi. Preceptoꝛ p to-
§ Per veterem legem laborātes. nullum ducim⁹
ad vitam
tam noctem laborantes nichil ce
pimus: in verbo aūt tuo laxabo re
te. Et cum hoc fecissent: concluse-
§ Pisces sunt qui hanc vitā enauigant
runt piscium multitudinem copio
§ Quoz. Rūpitur qui diuitias z pauperta
sam. Rumpebatur autē rete eoꝝ
tes non sustinet.
z annuerunt socijs qui erant in a
lia naui: vt veirēt z adiuuarēt eos
§ Quia eccles
Et venerunt z impleuerūt ambas
am z synagogā conuertit.
naviculas. ita vt mergerentur.
Quod cuz videret symon petrus
procidit ad genua ihesu dicens.

¶ Et impleuerunt. Beda. Hec impletio vsqz in finem seculi crescit. Sed implętę mergūtur. i. in submersione pręmūtur: non tamen periclitātur sic vt mergātur. Mergi enī est homīes ad prauitatē seculi de qua elati fuerant redire. Quales etiā petrus adhuc in infirmitate positus hoc loco demonstrat. Vnde sequitur. Quod cū vidisset sy. pe. zc. qz carnales in ecclia spūalib⁹ rectoꝛib⁹ in quib⁹ psona christi eminet honoꝛē quidē exterius deferunt z specietenus humiliantur sub illis. Sed tamen moꝛib⁹ non voce contradicunt. z nolunt ab illis gubernari. quoz vita z ꝓdicatio ipsoz contraria est voluntati

Exi a me domine: quia homo pec
catoꝛ sum. Stupoꝛ enim circun
dederat eum z omnes qui cum il
lo erant in captura piscium quam
§ Circūdederat stupoꝛ.
ceperant. Similiter autē iacobuz
z iohannē filios zebedęi: qui erāt
socij symonis. Et ait ad symonem
ihesus. Noli timere. Ex hoc iam
§ Nondum eligitur in apostolatū: sed predicitur
q̄ aliquando sit eligendus.
homines eris capiens. Et subdu
§ Quia adhuc habent voluntatē redeundi
ctis ad terram nauibus. relictis
§ vel illum.
omnibus secuti sunt euz. Et factū
§ vel venisset in vnam ci. § vel tum
est cum esset in vna ciuitate. Et ec
ce vir plenus lepra. z videns ihe
sum. et procidens in faciem eius
§ Beda Ambz. uolū
tati potestatem tribuit: nec quasi incredulus dubitat: sed sue colluuionis conscius nō presumit.
rogauit eum dicēs: Dñe si vis po
tes me mundare. Et extendēs ma
† § Eo genere sanat quo obsecrat. si uis po. m. m
§ Beda. Non q̄ sine tactu sanare nō posset: sed vt indicet se nō subiectū esse legi.
§ In hoc humilitas. § In hoc pietas
nū. tetigit eū ihesus dicēs. † Volo
§ In hoc maiestatis potentia. † § qz dixit et facta sunt § Ambz. Nichil medium inter precepti z opus: quia in precepto est opus.
Mundare. † Et confestim lepra

Exi a me domine: quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum et omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant. Similiter autem iacobum et iohannem filios zebedei: qui erant socii symonis. Et ait ad symonem ihesus. Noli timere. Ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus. relictis omnibus secuti sunt eum. Et factum est cum esset in vna ciuitate. Et ecce vir plenus lepra. et videns ihesum. et procidens in faciem eius rogauit eum dicens: Domine si vis potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum ihesus dicens. Volo mundare. Et confestim lepra

¶ Stupor enim. Excusat petrum: non studio malicię: sed ex humano defectu hoc dixisse. Ammirabatur autem diuina dona. z q̄ plus meruerat hoc ꝓsumebat minus. Et talis humilitas meretur piam dñi consolatōem

¶ Noli timere. zc Beda. Non recedit: sed ad litus producit. et viuificandi potestatem tribuit. In quo significatur. q̄ spūales viri. si peccatis turbarum commoti: non tamen debent habere voluntatem dimittendi ecclesiasticum munus: vt securius z tranquilliꝰ viuant. Nemo de sue ꝓscientia culpę tremens. vel de alioꝝ innocentia stupens. sanctitatis iter formidet aggredi.

¶ Et hoc iam homines eris. Beda. Hoc ad ipsum petrum spāliter ptinet. cui exponitur. quid captura significet piscū. Sed sicut tūc p retia pisces sic per verba aliquando capiet homines. in quo petro est typus totius ecclesię.

¶ Relictis oib⁹. Be. Mystice finē scli significat quo ab huius mundi salo qui christo inhęserint. penitus sunt recessuri.

¶ In una ciui. Hic duo aduentus in capharnaū notant. Primus in carcerato iohanne quādo fecit ptinue illa tria miracula. Secūdus quando descēdit de monte electis apostolis. qñ fit istud miraculū de leproso.

¶ Vir plenus Amb. Bed. Quarto signo ex quo in capharnaū venit iste sanatur. Nam sicut q̄rtū die sole illuīauit. z clariorē ceteris fecit diebus cū illucescerēt elementa mūdi: sic z h̄ clari⁹ opus debet existīari. Sedm matthęū post nouū testm in monte datū. hic prim⁹ a dño sanat⁹ inducit: vt ille q̄ excludebatur a lege. purgari se dñi ptāte ꝓsumēs. non ex lege sed sup legē esse grām indicaret. qua leprosi maculam posset abluere.

¶ Et procidens. Sic būilis z vitę sue maculas erubescēs. z ꝓfessionē verecūdia n̄ rep̄mens: b̄ detecto vulnere remediū quęrens.

¶ Si uis potes. Amb. Be. Sicut in dño ptātis autoritas: ita in isto fidei constantia declaratur.

¶ Tetigit. Propt' būilitatē: vt nos doceret nullū spnere p aliq̄ corpis macłatōe. Tāgit n̄ dedigt⁹. impat n̄ diffisus. adhibet opis testioniū. volo dicit ꝓpter fotinū. impat ꝓpter arriū. tangit ꝓpter manicheum.

¶ B. Tetigit n̄ q̄n sine tactu sanare posset: b̄ vt indicet se n̄ subiectū legi esse: sed dñm legis ostendens. qui non timet contagium.

¶ Et cōfestim le. zc. Ambz. sup hunc locū. Vides q̄ dubitari n̄ pōt

quia voluntas dei potestas est.

¶ Beda. Vbi leprosus mundatur non exprimitur locus: vt ostendatur nō vnus populus alicui⁹ ciuitatis specialis: sed oīm pl'os fuisse sanatos.

¶ Beda. Typice. Leprosus gen⁹ humanū significat plenū lepra quod extenta manu id est verbo dei humanā ptingente naturā a prisci error⁹ varietate mundatur: vt diu abominabiles z sequestrati iam queant templo reddi. Templū dei sanctū est quod estis vos. Et sacerdoti offerri. De quo dicitur. Tu es s.i.s.o.m. Et offerant pro emundatione corpora sua hostiā viuē scām deo placentem.

¶ Precepit illi ut Beda. Taceri iubet nec taceri potest. Non q aliquid voluerit et nō potuerit: sed dat exemplum vt sui in magnis quę faciunt latere velint. Sed vt pro sint alijs prodantur inuiti.

¶ Hyla. Docet nō vulganda nostra beneficia: sed premenda vt non solum a mercede abstineamus pecunię: sed etiam gratię. Jactātia vitata facit ne lepra possit transire in medicū. Jdeo etiā imperat silentiū: quia meliores putabat qui fide magis spontanea q̄ qui speratis beneficijs credidissent.

¶ Ostende te sa- Beda. Vt intelligeret sacerdos non legis ordine: sed gratia dei curatū. Offer: non solut legem sed implet qui scōm legem gradiens supra legem sanare cos quos remedia legis non sanauerant videtur. Sicut precepit Moyses. Lex spiritualis est ideo videtur sacrificium spirituale mandasse vt sit in testimoniū illis si deo credant si impietatis lepra discedat.

disceſſit ab illo. Et ipſe precepit illi

§ Non erat necesse ut sermone iactaret quod corpore preferebat § Mittit ad sacerdotes propter humilitatem z ut uidentes credant ei uel non credentes inexcusabiles sint.

vt nemini diceret: ſed vade oſtē

† § Non debent auferri signa priusq̄ veniant significata.

de te ſacerdoti: et † offer pro emun

§ Pro emūdatōe offerebant tortā panis turtures duos z sextariū olei.

datōe tua ſicut precepit moyſes in teſtimoniuz illis. Perambula

§ Sanitatis z doctrine

bat autē magis ſermo de illo z cō ueniebāt turbę multę vt audirēt et curarētur ab infirmitatibus ſuis. Ipſe autem ſecedebat in deſertum z orabat. Et factuz eſt in vna dierum z ipſe ſedebat docens. Et erant phariſei ſedētes z legis doctores qui venerāt ex omni caſtello galyleę z iudeę z hieruſalem: et virtus dñi erat ad ſananduz eos.

¶ Et cōueniebant turbę. ꝛc. Beda. Sanatio vnius multas ad dominū cogit turbas. Vt enī ipse interius z exterius se sanatum doceret: perceptum beneficiū etiam iussus non tacet. Sed vt marcus aut. euangelico functus officio mox egressus cepit predicare z diffamare sermonē ita vt nō posset manifeste in ciuitatem introire: sed foris in desertis locis esse z ueniebant ad eum vndiq̄.

¶ Et orabat ꝛc. Quando orat theoricam vitam quādo sanat actiuā informat.

¶ Beda. Sanat vt deus orat vt homo. In vbe miracula facit in deserto orat: vt z actiuę z contemplatiuę documenta monstret ne quis pro cura proximi amorem dei vel pro amore dei quāuis sit superior curam dimittat proximi.

¶ In desertum secedit z orat qui exurgentem strepitum viciorum premit z quoddam sibi cum domino intra se desertum quęrit: vt cum illo exteriore tumultu cessante per interna desideria silenter loquatur.

¶ Et factū eſt ꝛc. Beda. Vbi sedens docuerit lucas breuiandi gratia preterijt. Sed matthę⁹ in ciuitate sua marcus in capharnaum hoc eum fecisse testatur. Sed ciuitas christi dicitur galylea in qua erat nazareth z capharnaum ad distinctionē regionis transmarinę geraseno⁹ de qua transfretando venerat galileam sicut matthęus scribit. Vel ipsa capharnaum ciuitas christi est quā non nascendo: sed virtutibus illustrādo suā fecerat

¶ Et erant pha ꝛc. Ambro. Inter cętero⁹ remedia debilium conuenientibus ex omni parte doctoribus hec paralitici sanatio describitur: vt magna z magnę rei significatiua. Vnde oasse premittitur non propter suffragium: sed propter dandum exemplum. In quo docetur vnusquisq̄ eger petendę salutis peccatores adhibere per quos vitę nostrę compago resoluta actuumq̄ nostrorum clauda vestigia verbi celestis remedio reformentur.

¶ Et ecce viri portantes in lecto ho minem qui erat paraliticus: z quę rebant eum inferre z ponere ante eum. Et nō inuenientes qua parte illum inferrent pre turba: ascenderunt supra tectum: et per te

§ Dimittitur cognitam.

gulas ſubmiſerunt eum cum lecto

† § Non paralitici qui sensu carebat

in medium ante ihesum. † Quorū fidem vt vidit dixit. Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cęperūt cogitare scribę z phariſei dicētes: Quis eſt hic qui loquit blaſphemias? Quis pōt dimittere peccata niſi ſolus deus? Vt autē cognouit ihesus cogitationes eo⁹ respondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt facilius

¶ Viri portantes in lecto h ꝛc. Allego. Jd est erigentes ad superiora animū hominū quāuis exterioris hominis debilitate torpentem quorum rursus adminiculis z attollere z humiliare se facilius ante ihesum locetur: dominico dignus videri aspectu. Humilitatē enim respicit deus.

¶ Et quęrebant eum ꝛc. Beda. Desiderant offerre: sed turba interposita recluduntur q̄ sępe anīa post infirmi corporis desidiam ad deum respiciens et diuina gratia innouari desiderans pristinę cō uersatōnis obstaculo retardatur. Sępe dū cum deo in orationib⁹ colloquitur turba cogitationum interueniens aciem mentis ne christus videatur intercludit. Sed non ē exterius in infimis vbi turbę tumultuātur remanendum: sed tectū domus in qua christ⁹ docet ascendēdum id est sacrę scripturę sublimitas est appetenda et lex dei nocte die⁹ meditāda quia in custodiendo sermones dei corrigit iuuior viā suam. Et patefacto tecto id est reseratis scripturis eger submittitur quia ad christi humilitatez fidei pietate descenditur z ad christi noticiā venitur.

¶ Et per tegulas Beda. Domus ihesu tegulis tecta describit q̄ sub ptēptibili lrā⁹ velamīe si assit doctor qui reseret diuina spūalis gratię virtus inuenitur. Q̄ cum lecto deponitur significat ab homine adhuc in ista carne pstituto xp̄m debere cognosci.

¶ Quorū fidem. Beda. Multum valet fides propria cuiusq̄ cū per alienam fidem homo interius z exterius fit saluatus.

¶ Beda. Hec curatio paralitici significat saluationē animę suspirātis ad deum de diuturna illecebra carnalis inertię quę indiget bonis doctoribus qui eam subleuent z christo offerant z pro ea intercedant. Qui apud marcum quattuor fuisse leguntur propter quattuor euāgelio⁹ libros seu propter quattuor virtutes quib⁹ ad promerendā sospitatē mentis fiducia erigitur que sunt prudentia fortitudo temperantia iusticia.

¶ Homo remittuntur ꝛc. Tu homo peccator ego deus qui peccata remitto qui alio⁹ merito tibi peccata relaxo. Qui ergo peccatis grauatur: adhibeat ecclesiam quę pro eo precetur.

¶ Quia pro culpa animę etiā corpus infirmabatur: ideo sanatur⁹ corpus prius sanat animam.

¶ Quis poteſt dimittere ꝛc. Nemo dimittit peccata niſi deus qui per eos q̄z dimittit quib⁹ potestatē dimittēdi dedit. Cum ḡ christus dimittat: vere de⁹ probatur. Verū testimoniū deo reddūt: sed psonaz xp̄i negādo fallunt. Perfidia enī psiteri pōt credere ñ pōt Jtaq̄ testimoniū ñ deest diuinitati: fides deest saluti. Deus aūt volens saluos facere peccatores z occultor⁹ cognitōe se deū esse demonstrat z admiratione factor⁹ illis rīdens. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris? Eadē maiestate z potentia qua cogitationes urās intueor possum hominib⁹ delicta dimittere. Ex vobis intelligite quid paralitic⁹ psequat. Sed q̄ spūalē grām nō cognoscitis nec creditis q̄ interi⁹ factū est: probet signo visibili q̄ nō minoris constet eē potentie: vt in filio hominis latentē cognoscatis potentiā maiestatis qua potest peccata dimittere vt deus.

¶ Vt aūt cog ꝛc. Ambr. Magn⁹ sacerdos lepram videbat in cordibus ulcer⁹ z peiores ostēdit illo leproso cui purgato iussit se offerre sacerdoti.

Sed hos summꝰ sacerdos repudiat·ne alios quoqꝫ eoꝝ lepꝛa ꝓtaminet.
¶ Tibi dico surge B. Surgere est aiaꝫ a carnalibꝫ ꝛesideriꝫs abstrahere. Lectū tollere·carnem a terrenis ꝛesideriꝫs ad voluntatē spūs attollere. Domū ire·ad padisū redire·vel ad internā sui custodiā ne iterū ꝓccet.
¶ Ecce per remissionem pene remissionē culpe intellige.
¶ Et stupoꝝ. Ambꝛ. Spectant surgentē increduli· mirantur abeuntē· z diuini operis miracula malunt timere qꝫ credere. Nam si crederēt non timerent: sed diligerēt. Perfecta enī dilectō foꝛas mittit timoꝛē.

¶ Leui. B. Idem leui qui et matthęus. Sed lucas z marcus propter honoꝛē euangelistę nomen vulgatum tacent. Matthęꝰ autē in sermonis pncipio· accusatoꝝ sui factus: matthęū se publicanuꝫ nominat: ne ꝗs a salute ꝛesperet pro immanitate peccatoꝝ cū ipse de publicano in apostolum· de thelonearτο in euangelistā sit mutatus.
¶ Beda. Ambro Reliquit propꝛia·qui rapiebat aliena. Nec soluꝫ lucra reliquit vectigaliū: sed z periculum contemnit·quod poterat venire a pncipibꝫ seculi·qꝛ ratōnes vectigaliū incōpositas reliquerit. Et quia in nullo pꝛorsus huiꝰ vite ꝛespectū vel cogitationē sibi ꝛeseruauit: dñicoꝝ talentoꝝ fidel' dispensatoꝛ eē meruit.
¶ Beda. Per matthęi electionē fides gētū que pꝛius mundanis inhiabant: sed nūc coꝛpus christi sedula deuotione reficiunt ex pꝛimitur. Per superbiam pharisęoꝝ insinuatur iudęoꝝ inuidia·que de gentiū salute toꝛquętur.
¶ Quare cū pub Ambꝛo· Omnis quęstio ex lege que tenax iusticię·ñ habet miseri coꝛdiā. Omnes ergo ꝛeclinauerunt: sed eiꝰ austeritatē missus filiꝰ dei grā euangelica tpauit. Pꝛonocat ergo ad pnitentiā peccatoꝛes· cuiꝰ cibꝫ z potus z ambulatio·z omnia que gessit saluti seruiunt.
¶ Ambꝛo· Beda. Qui domicilio christū recipit interno maximis exuberantiū pascitur ꝛelectationibꝫ voluptatū. Itaqꝫ dñs ingreditur·z in eiꝰ qui credidit recūbit affectu. Sed rursus accenditur inuidia perfidoꝝ·z futurę pnę species pefiguratur. Epulantibꝫ enī fidelibꝫ· z in regno celoꝝ recumbētibꝫ·pfidia ieiuna toꝛquebit. Oñditur etiā quātū interfit inter emulos legis et gfę·qꝛ qui legē sequūtur·mētis famē patiētur ęternā. Qui ꝛo in interioꝛibꝫ verbū receperint·alimēti celestis z fontis vbertate recreati esurire z sitire nō pñt. Et ideo qui anō ieiunāt·murmurāt dicētes: Quare cū pub·ꝛc. Filij dyaboli venenū serpentis diffundūt. Serpens pmā vocem emisit dicēs eue·quid vtiqꝫ deꝰ dixit·nolite māducare ex omī ligno· hunc imitantur isti.
¶ Medico. Christus medicꝰ·q̄ miro medicādi genere vulneratus ē p

ꝟ dicto facere ꝟ Quod solus noui·qui dimitto
dicere dimittuntur tibi peccata:
ꝟ Quod uos etiam videre potestis
ꝟ Innuit resurrectionem omnium
an dicere·surge z ambula: vt autē
ꝟ Quia idem est filius hominis z deus.
sciatis quia filius hominis habet
potestatē in terra dimittendi pec
cata: ait paralitico. Tibi dico sur-
ꝟ vt qꝫ fuit testimoniū infirmitatis·sit probatio sanitatis † ꝟ Ne christiana fide curatꝰ moreris in perfidia iudeoꝝ.
ge·tolle lectum tuū·z † vade in do-
† ꝟ B. Magna virtꝰ vbi sine moꝛa salus ꝑmū comitatur·vnde merito qui aderant relictis blasphemiis stupentes ad laudem conuertuntur tante maiestatis.
mum tuam. Et† confestim surgēs
ꝟ vel illis.
coꝛam eis· tulit lectum in quo iacebat: z abiit in domum suam magnificans deum. Et stupoꝝ apꝛehendit omēs z magnificabant deum. Et repleti sūt timoꝛe dicētes:
quia vidimus mirabilia hodie. Et
† ꝟ Non tam coꝛpoꝛeo·qꝫ miserantis intuitu.
post hęc exiit† z vidit publicanum
ꝟ Leui additus uel assumptus: qꝛ diuina eum electio assumpsit. z in numero apostolorum addidit.
ꝟ Pertinaciter lucris inhiātez
ꝟ theolos grece ve
nomine leui·sedentem ad theolo-
ctigal † ꝟ Ambꝫ· Non gressu coꝛporis: sed mentis affectu ꝟ Amodo ꝟ nō lucra.
neum. et ait illi.† Sequere me. Et
ꝟ Non leuitate ductus: sed virtute operuꝫ et diuina potentia intus operāte sequitur: tam coꝛpoꝛe qꝫ mente
relictis omnibus surgens secutus
est eum·et fecit ei conuiuium ma-
† ꝟ Beda. viderant publicanū a peccatis ad me
gnū leui in domo sua.† Et erat tur

pter iniquitates nrās. Hoc medicamine serpentis venenū excluditur. Qui hoc medicamēto vtitur: non remanet ieiunus.
¶ Vocare iustos B. Justos vocat eos. q̄ dei iusticiam ignoꝛantes· et suā volētes pstituere·iusticie dei nō sūt subiecti· z ꝺ lege pſumētes grāz euāgelij nō quęrūt. Peccatoꝛes qui sua mala attēdente s· nec per legē possę iustificari se putātes christi se gratię pnitēdo submittnnt.
¶ Quare discī·B·Matthęꝰ dic ipsos discipulos ꝺ ḡsisse. Sed sciendum qꝛ vtiqꝫ quęsierunt.
¶ Beda· Spūalit discipuli iobis z phariseoꝝ ieiunāt· qꝛ qui opera legis vel traditiones hominum sequitur·vel qui etiam vocem christi tantū aure percipit abstinēs a bonis ieiuno coꝛde tatescit. Sed q̄ christo adheret reficit: quia carne eius epulatur z sanguine. Johannes vinum z siceram non bibit: quia abstinentia merituꝫ auget·cui nulla est potentia naturę dñs antē qui peccata potest pdonare· cur a peccatoꝛibꝫ ꝛeclinaret quos abstinētibꝫ poterat facere iustioꝛes? Jeiunat z christus· ne ꝑceptū ꝛeclines. Man ducat cum peccatoꝛibus· vt gratiā et potestatem intelligas.
¶ Nunquid po· Beda. Moꝝ· Mdiu sponsus nobiscum ē z in lętitia sumus· nec ieiunare possumus· nec lugere. Cum autem ꝑpter peccata ille recedit: tunc indicendum est ieiuniuꝫ· z recipiendus est luctus.
¶ Filios sponsi. Beda. Sponsus christus· sponsa ecclesia· De hoc sancto connubio apostoli sunt creati per lauacruꝫ regenerationis. Unde marcus filios nuptiarum eos appellat·qui lugere z ieiunare non pñt quādiu sponsum i thalamo vident· z sciunt esse cuꝫ sponsa: sed qñ

liοꝛa conuersum·locuꝫ inuenisse penitentię· z ob id etiam ipsi non desperant salutem.
ba multa publicanoꝝ z aliorum·
qui cum illis erant discumbentes
ꝟ dupl'r errant: qꝛ z se iustos putant cum sint superbi. z illos reos cum iam peniteant.
ꝟ uel uerunt. ꝟ De ieiunio glorātes
Et murmurabant phariseι z scri
bę eoꝝ dicētes ad discipulos eius
Quare cuꝫ publicanis z peccato
ribus manducatis z bibitis? Et
respondens ihesus dixit ad illos.
ꝟ Ideo uos declino: qꝛ putatis uos non egere.
ꝟ Qui gratiam non querunt.
Non egent qui sani sunt medico:
ꝟ Vos iuuo· qui penitendo dant locum gratie.
sed qui male habent. Non enī ve
† ꝟ Qui iusticie sue ꝓfidunt. ꝟ uerti uolētes
ni vocare† iustos: sed peccatoꝛes
ꝟ vel ad
in pnitentiaꝫ. At illi dixerunt ad
euꝫ. Quare discipuli iohannis ie
ꝟ Id est·sepe. ꝟ uel obsecrationes
iunant frequenter z obseruatōes
faciūt similiter z phariseoꝝ· tui
ꝟ vel edunt·
aūt comedunt z bibunt? Quibus
ipse ait. Nunquid potestis filios
sponsi dum cum illis est sponsus
facere ieiunare? Veniēt autē dies
cū ablatus fuerit ab illis sponsus
ꝟ Ab amoꝛe mundi· non solum a cibis.
ꝟ In humilitate tribulationis
tunc ieiunabunt in illis diebus.
ꝟ Quare nondum conueniat apostolis ieiunium.
Dicebat aūt z similitudinē ad illos

transierint nuptię· z passionis z resurrectionis tempus ad uenerit: tunc filij sponsi ieiunabunt· ꝛesiderantes iudicis aduentum.
¶ Venient autem. Beda. Quasi: facturi estis· vt lugentes ieiunent: qꝛ estis sponsum occisuri. Hic luctꝰ absentię sponsi· non tñ post mortē spōsi: sed z ante incarnationē illiꝰ p totū huiꝰ seculi tempꝰ est celebratꝰ· qñ ꝛesiderabāt sancti incarnationē. Post ascensionē vero ꝛesiderāt sancti aduentū iudicis. Nec hic luctus reꝛenit· nisi q̄diu cuꝫ discipulis dñs in carne conuersatus est.
¶ Tunc ieiunabunt. De vtroqꝫ ieiunio qđ est in tribulatōe vel gaudio rādet. Cum ablatus erit sponsus tunc erunt in meroꝛe z luctu: donec p spiritūsanctū ꝓsolatio tribuat· quo dono percepto· ieiuniū qđ fit per lęticiā iam renouati in vitā spūalem celebrabunt. Et hic pius agit de ieiunio qđ pertinet ad humilitatē tribulationis. Illud aūt qđ ad gaudiū mentis pertinet (qñ mens ad spūalia suspenditur· z ideo a cibis coꝛporeis alienatur)

sequentiby similitudiby significat· oñdens q carnaliby·z ob hoc adhuc ve terem sensum traxentiby hoc genus ieiunij non congruit.

¶ In uestimentū uetus. Beda· Veteri vestimēto ꝓparātur discipuli·qui adhuc sunt vetus homo. Quiby nouus pann⁹· id est· aliqua particula noue vite non debet immitti. Quod si fit: etiā ipsa noua vestis·i·doctrina noue vite quodāmodo scinditur·cui⁹ particula que ad ieiuniū cibos valet·importune traditur·cū illa doceat generale ieiunij·non a ꝓcupiscētia cibox tm: sed ab oī leticia tpaliuz delectationū. Cui⁹ generalis ieiunij illa pars q̄ ad cibos pertinet· non debet impartiri homiby adhuc veteri ꝓsuetudi deditis: qz illic vidz q̄si scissio fieri. Et ip si vetustati non ꝓueit qz timendum est ne p nimiam austeritatem etiam fidem quā habebant amittant: qz nō deberet misceri actus veteris z noui homis. Non enī placet sponso discolor vestis. vnde apostolus. Exuite veterem hominē c·a·z induite n·c·s·actibus.

¶ Vinum nouum. Vino intus reficimur·veste foris tegimur. Vestis ergo sūt bona opera q̄ foris agimus·quiby cozā hominibus lucemus. Vinum fervor fidei·spei·z charitatis·quo in cōspectu dei in nouitate sensus intus reformamur.

¶ In utres ueteres. Beda. Veteribus etiā vtriby ꝓpant⁹ qui nouo vino·i·spūalib ꝓceptis facili⁹ disrūpuntur cū ꝓtineant Erūt añt noui vtres· cū p⁹ascēsiōez accepto spū desiderio ꝓsolatōnis eius orādo z spando innouabūtur. Alr. Aniē nōdū innouatę: ß in vetustate malicię ꝓseverāti·nouox mysteriox sacramēta nō dāt ꝓmitti. Alr. Veteres vtres sunt scribe z pharisei. Nouus pann⁹ z nouū vinū ꝓcepta euangelij·q̄ nō pnt sustinere iudei·ne maior scissura fiat·cū qby galathe ꝓcepta legis miscebant in vtres veteres nouū vinū. Conveniūt añt apostoli nō his q̄ traditōiby maiox depravati sinceritatē ꝓcepto x xpi nequeunt custodire. Vñ subdit. Et nēo b·u·s·u·n·qz iudeis veteris vite saluis imbutis·noue gratię ꝓcepta sordebāt·qz maiox traditōiby accumulati· dulcedinē spūaliū ꝛboz percipere non valebant.

¶ Sed uinum nouum. Fragilitas humane ꝓditionis aperitur: cuz corpora nostra exuuijs defuncto x animaliū comparantur. Sed renouatis vtriby nova vina conduntur: cum sacramenta que accepimus inviolata seruamus. Nos vtres si pleni sumus· gratia seruat·si vacui· tinea z erugo consumit. Semper ergo simus pleni. C. VI.

¶ In sabbato secundoprimo. Beda. Diem quo sabbati littera solui ceperat: deuteron proteron· id est secundo primū sabbatum vocat·p hoc innuens observantiam legalis sabbati cessaturam·z naturalis sabbati libertatem·que vsq ad moysi tempora ceterorum dierum similis erat restituenda·qua credentes per gratiam septiformis spiritus a malis operiby vacant. Sabbatum ergo gratie ad distinctionem legalis sabbati· secundo primum dicitur·id est·primum secundo prelatum· id est· superius z dignius inferiori legali·vel ordine temporis: quia z ante legem hoc sabbatū a patribus ita agebatur sicut nunc agitur a nobis. Vel secundoprimum dici potest: vt vnum idemq̄ noui testamenti sabbatum· z scōm sit·qz post legale a nobis observatur·z primum: quia ante decreta legis a iustis observabatur antiquis.

¶ Secundoprimo. Ad litteraz in altero sabbato quod post illud fuit primitus scōm·vel quod occurrit prius post scōm ab eo quo precedentia sunt dicta vel facta.

¶ Per sata ꝛc. Mystice. Ager mundus. Agri seges·humani generis fecunditas·spice fructus ecclesie·quiby saturantur apostoli nostro se alentes profectu.

¶ Vellebant discipuli ꝛc. Non habentes discipuli spacium manducandi propter importunitatem turbarum esuriebant vt homines: sed vellentes spicas in media cōsolantur·quod est indicium austerioris vite·non preparatas escas: sed cibos simplices querere. Et nota q apostoli litteraz sabbati iaz destruunt·adversus hebionitas qui alios aplos recipiunt. Paulum quasi legis transgressorem repudiant.

¶ Beda· Mystice· Discipuli esurientes salutem hominum trāseunt per sata·id est·p regiones que albe sūt ad messem. Spicas cōfricant·qz in illis quos in corp⁹ christi volunt trajicere mortificabāt veterem hominem cuz actiby suis·a terrena intentione extrahendo· exempla operum proponendo·aristaruz integumenta removendo·z grana mundata per ora predicantium membris ecclesie incorporando. Apud marcum discipli pregredientes dominum hoc egisse referuntur: quia necesse est vt doctoris sermo precedat·et sic corrigendi gratia superne institutionis illustret. Sed hoc putant iudei sabbato non licere. Christus vero noue gratie munere designat esse ociū legis op⁹ gratie arguens doctores legis nescire legem.

¶ Dicebāt illis ꝛc. Alij dicunt ipsi domino hec fuisse obiecta. Sed a diversis·z ipsi domino z discipulis potuerunt obici· z cuicunq̄ obiectum sit ad ipsum maxime respicit.

¶ In sabbatis ꝛc. Sabbata significant feriationes·vel que in hoc seculo aguntur a vacantibus superstitōnibus iudeorum·vel que in futuro agentur quando in perpetua solennitate manducabim⁹ bona terre.

¶ Nec hoc legistis ꝛc. Beda. Quomodo domino ad crimen obijcitur: quod in seruo pro crimine non tenetur? Verus rex z sacerdos·z ideo dominus sabbati exulsa x sabbato spica x nova non tenetur.

¶ Dauid cum esuriret ꝛc. Beda. Si dauid z abimelech excusatōe famis mandatum legis transgredientes non reprehenduntur: cur eandem in apostolis famem non probatis.

¶ Allego. Dauid qui cum socijs fugit a facie saul·significat christū qui cum discipulis latet principem mundi. Dauid observator legis panes cōsecratos manducat·z dat illis qui cum illo sunt·significans sacerdotalem cibum ad vsum transiturū populox·sive qz omēs filij ecclesie sunt sacerdotes vncti spūsancto vt seipsos offerant.

¶ Intravit in domū ꝛc. Magna hospitalitatis grā·ꝓposito mortis piculo·ñ declinat hospitē anim⁹ sacerdotis. Et sic nos debem⁹ aliena picula in nos trāsferre. Sed z xrūs dauid hospitio mētis nec pro periculo mortis

ſ particulam:

Quia nemo commissuram a vesti
ſ Ablatam. ſ A ieiunio viciox.
mento nouo immittit in vestimen
ſ Quia incipit displicere· z si ante placuerit.
tum vetus. Alioquin z nouū rum
ſ uel it. ſ uel nit.
pet· z veteri non conueniet com-
ſ ablata ſ vite nouc misteria·n ō sunt committenda mentibus nondum innouatis
missura a nouo. Et nemo mittit
vinum nouum in vtres veteres.
ſ Quod si fit·nec rudes mētes hoc pati possent z ipsa doctrina nichil prodest z ipse mentes ponderе peccatox suffocantur vel premūtur.
Alioquin rumpet vinum nouum
vtres·z ipsum effundetur·z vtres
ſ Nova mysteria in novatis mētibus committantur.
peribunt. Sed vinum nouum in
vtres nouos mittendum est· z v-
ſ doctrina memorie traditur. et mens non est sine fructu.
traq ꝓseruantur. Et nemo bibēs
ſ uult enim postea si innovatur·quod etiam contigit apostolis.
vetus· statim vult nouum. Dicit
enim·vetus melius est.

C. VI.

Actū est au
tem in sabbato secū
ſ vna dictio est·uel due sunt dictiones.
dopримo cum transiret per sata·
vellebant discipuli eius spicas·z
manducabant confricantes manibus. Quidam autem phariseox dicebāt illis. Quid facitis quod
ſ Scōm preceptum legis.
non licet in sabbatis? Et rīdens
ihesus ad eos dixit. Nec hoc legi
ſ uel quod.
stis que fecit dauid cuz esuriret ip
se z qui cuz eo erant quomodo int
rauit in domuz dei·z panes propositionis sumpsit z māducauit:
z dedit his qui cuz eo erant quos
non licebat manducare nisi tantū
sacerdotibus? Et dicebat illis.
ſ Preest non subest veteri observantie·z ideo nō peccat qui scōm eius observationē observat.
Quia dominus est filius homis
etiam sabbati. Factum est autem
ſ Beda· Sabbatis maxime curat z docet: non solum propter insinuandum spirituale sabbatum: sed etiam propter celebriorem populi conventū
et in alio sabbato: vt intraret in

veri excludunt sacerdotes.

¶ Diero. Dies. vt decimam mensis primi vsq; ad quartamdecimam. qua agnus immolabatur. z a decimaquarta vsq; ad vicesimamprimam eiusdem mensis. quando azima comedebatur. Septem etiam septimanas quas ritu iudaico computant israelitici z pentecosten seruant. nec non et clangorem tubarum primo mensis septimi. Decima etiam eiusdem mensis expiationem z ieiunium. z in quindecimo scenophegiaz. Menses. Vt neomenias. Menses etiam custodiunt. qui primum z septimum mensem obseruant. Et annos septimos. Puto equidem hoc de septimo remissionis anno dici. z de quinquagesimo. qui ab illis iubileus dicitur quem indei aliquando suo ordine seruare nequiuerunt captiuitate pressi. Qua soluta p eo septimum annum septimę decadis coluerunt. Qui potest intelligi vel sexagesimusseptimus annus. quo indulta est eis a ciro z dario licentia redeūdi de babilonia. Vnde completis annis septuaginta redierunt. Vel potius septuagesimusseptimus quem reuersi in iherusalem p̄o quinquagesimo qui iubileus dicitur obseruarunt.

¶ Estote sicut ego. Quia z ego qui legem habui sum modo sine lege sicut vos. z debetis eē sicut ego: quia obsecro vos. Nichil me. Excusat. quia pseudo dixerant paulum galatis inimicuz nec voluisse eos docere qđ in alijs ecclesijs p̄dicabat.

¶ Quia et ego sicut vos. Homo qui de errore correctus. et ita vos potestis corrigi.

¶ Fratres obsecro. Aspere correctos recreat per bene gesta.

¶ Tentationem vestram. Tētati enī sunt cum tribulatōnē ꝫm carnem pateretur aplus. vtrū timore deserent cū an charitate amplecterentur.

¶ Vbi est ergo. Admirans opus eoꝝ spūale cōmendat. vt ꝫ intuētes in timorē carnalem non decidant. Et qz mutati erant in deterius increpat eos Etsi enim receperit eū sicut angeluz nō ideo tamen parcit secare z vere quia non querit sua ꝫ quę christi. non querit lac z lanam de ouibus. i. cōmodū sup plendę necessitatis et fauorem bonoris. ꝫ salutem omnium.

¶ Si fieri posset Aug⁹. Nonne illud fieri potuisset qđ ait apostolus. Non pōt fieri quod iuste non fit. Sic z iob. Vtinā posse me occidere Et dīs ad lotb. Nō possum quicq̄ facere. donec illo introeas. Nō posse se dixit. qđ sine dubio poterat per potētiam ꝫ non poterat per iusticiam.

¶ Verum dicens vobis. Quia nemo vult se argui errātem

† Ꝑ a tempore gratie. Ꝑ a tēpore christi Ꝑ aliquis nostrum qui in christum credimus vt olim † Ꝑ ex dilectione seruiens.

non †est seruus: † sed filius. Q si fi

† Ꝑ in futuro † Ꝑ per operationem dei † Ꝑ modo filii. sed tunc quando infideles.

lius z †heres † per deum. † Ex tūc

Ꝑ z ita erat aliqua excusatio

quidem ignorantes deuz. his qui

Ꝑ sui. sed opinione hominum

natura non sunt dij seruiebatis.

Ꝑ cum aperta veritas † Ꝑ et ita grauius peccatis q̄ olim.

Nunc autem † cum cognoueritis

† Ꝑ quod nō a vobis. sed potius gratia dei approbati et amati.

deum. † immo cogniti estis a deo:

Ꝑ a fide † Ꝑ vt ante conuersionē

quomodo conuertimini † iteruz ad

Ꝑ quia instabili specie variantur. † Ꝑ quia egent summa et stabili specie creatoris. vt possint esse quomodo sunt † Ꝑ Id est. legem initialem ad cultum dei.

infirma † z egena † elementa. quib⁹

Ꝑ quasi non distat modo lex post christum ab antiqua idolatria † Ꝑ vultis seruire elemētis. Et vere. quia iam obseruatis dies iudaico ritu vt sab

denuo seruire vultis? † Dies obser

bata.

uatis z mēses z tempora z annos

Ꝑ hoc iam facitis. peius autem timeo † Ꝑ vestraz leuitatem nō aliud. † Ꝑ vtilitate quod est si plene legem suscipitis.

Timeo † vos: ne forte sine † causa la

Ꝑ Sed

borauerim in vobis. Estote sicut

Ꝑ qui legem dimisi † Ꝑ fui olim in lege † Ꝑ modo vultis esse. et dimisi non sine ratione. † Ꝑ Quasi obsecro et secure possum vt quos merito diligo.

ego: qz z † ego † sicut vos. † fratres

Ꝑ Et ita non penes vos inimicitiarum est causa Ꝑ non lesi

obsecro vos: nihil me lęsistis. Sci

stis. sed honorifice recepistis. cum causam spernē di habuistis † Ꝑ Cum paterer persecutionem

tis autem quia per † infirmitatem

Ꝑ quia caro mea afflicta erat † Ꝑ Et p̄o tanto tē pore non spreuistis ꝛc.

carnis ęuangelizaui vobis † iāp̄ri

† Ꝑ Id est. me tribulatuz per quod dyabolus vos temptabat ne crederetis. † Ꝑ q̄ videretur quales estis.

dem: z † temptationem † vestram in

† Ꝑ post conuersionē vt vilior eē̄m Ꝑ tāq̄ vilem ante conuersionem

carne mea † non spreuistis neq; re

Ꝑ vt ab hoc conuerti abhorreretis Ꝑ vt non susceperetis communionem periculi mei † Ꝑ acsi angelus venisset. vel me angelum credidistis

spuistis: † sed sicut angelum dei ex

† Ꝑ acsi ipse venisset † Ꝑ qui in eo

cepistis me † sicut † christum ihesuz

Ꝑ Et quia tunc ita fecistis Ꝑ Quasi. murum est eū q̄ a bono decidistis. † Ꝑ Qua dicebamini beati bonis initiis. z quasi quibusdam proficiendi gradibꝰ feruētes Ꝑ Quasi pudeat vos esse mutatos.

Vbi est ergo † beatitudo vestra:

Ꝑ vere beati fuistis vel sicut angelum z christum me excepistis

Testimonium enim perhibeo vo

† Ꝑ ad vtilitatez ecclesie Ꝑ non potest fieri quod iuste non fit † Ꝑ quod inter omnia charius est vobis Ꝑ Et ideo de vobis plus dolendum.

bis. quia † si fieri possz: † oculos ve

† Ꝑ ad vtilitatem predicationis mee

stros eruissetis: z † dedissetis mihi

Ꝑ Et cum hoc ita sit. est ergo credibile q̄ inimic⁹

Ergo inimicus vobis factus sum

Ꝑ Quasi per hoc videor inimicus. quia verum dico sed si fallerem putarer amicus Ꝑ diligunt

verus dicens vobis? Emulantur

Ꝑ non vtiliter † Ꝑ a fide ad legem. vel a dilectione mea

vos non bene: † sed excludere vos

Ꝑ in legalibus Ꝑ sz vos

volunt: vt illos ęmulemini. Bonū

Ꝑ hominem me. s. et huiusmodi † Ꝑ diligite imitamini † Ꝑ Et hoc † Ꝑ Id ē. propter hoc diligite qz in eo virtus et bona operatio non p alia re † Ꝑ vt perseuerantu gradu ad finem boni operis perueniatis

quez † ęmulemini † in † bono † semp

Ꝑ emulemini bonum † Ꝑ sed magis cuz absens

z non tantum cum † presens sum a

† Ꝑ quia modo diminuti perfectis gradibus indigetis † Ꝑ sicut prius cum dolore et labore ad lucem fidei genero

pud vos. † Filioli mei quos † iterū

reprehendens videtur inimicus.

¶ Emulantur. Ego non sum inimicus ꝫ illi emulantur ꝛc. Emulātur enim non bene qui non taz cupiunt eos eē meliores. q̄ ipsos volunt facere peiores z retrorsum trahere ęmulatione peruersa.

¶ Filioli. Quod natum est in te. nōdum enim de illa natum erat. Sic nascuntur paruuli in visceribus ecclesię donec formati exeant.

¶ Aug⁹. Filioli. Item incipit ostendere ex ipsa lege quare non sit tenenda. Ne imitamini. quia filij mei estis. vel non solum ex supradictis probatur lex dimittenda sed z auctoritas ipsius legis hoc ostendit. Filioli dicite. Respondete vsq; huc eī pendet sententia. Et interponitur illud. quos ite. par ꝛc. Legem legistis an non. Quidquid eligant probātur stulti. Si non legerunt. non debent recipere quod ignorant. Si legerunt. ipsa probat se dimittendā: Q si non intelligunt stulti sunt. Scriptum est q̄ duos: cum plures habuit. sed de duobus scriptura spiritualiter singula exequitur. innuens aliquid egregium in his prefigurari.

Vnū de ancilla et vnū de libera. Nec hoc frustra distinxit vterq; de abraam sed diuersa operatione. quia qui de ancilla ꝫm carnis naturam

Qua iuuencula de sene soset concipere. Qui de libera: non scdm vim carnis· vt vetula sterilis de vetulo· ℔ per operatoem dei qui ꝓmisit. ¶ Illũ ergo genuit demonstrans cõsuetudo n aturã. Illum vero dedit promissio signi ficãs gratiã. Ibi human⁹ vsus oñditur· ℔ diuinũ bñficium ꝓmẽdatur. Allegorice. Abraam ẽ de⁹ pr̃· q̃ est pr̃ multaꝝ gentiũ· libera nouũ. t. dãs oĩbus per christum nouã gr̃am. Agar vet⁹. t. In vtroꝙ genuit deus sibi filios q̃ seruirent· ℔ in veteri iudei serui qz timore pen̄e· z ꝓmissionib⁹ tpaliũ· z ℔ est scdm carnẽ· q̃ z pen̄as horret z dulcia amat· Sr̃a noui. t. parit liberos q̃ ex dilectõe seruiant· nõ vi carnis· ℔ opere dei. Quis enim ipossibilia ꝑm naturã crederet· q̃ suauia sũt in p̄senti cõtẽneret· nisi visa speraret· nisi virtus dei ℔ in eo op̄aretur?

¶ Doñ. chri. Quẽ deformastis formosus sit in vobis ¶ Vl̃ vt formosus alĩs ꝙ vos appareat. Grau⁹ dictũ q̃ diceret eos formari in christo.

¶ Donec christ⁹ formetur ⁊c. Vt. s. recipiatis silitudinem eius quaz vño vicio p̄ didistis. ℙ Perpaucorũ enĩ est pensare· q̃ labor sit in p̄dicatoĩb⁹ pr̃m q̃ntis vę dolorib⁹ aĩas in fide z puersatõne recta pturiũt· vñ aplus primũ ꝙ fidẽ illos genuerat ĩ baptismo· ℔ postea deformati sunt per pseudo z infirmi facti· nũc cuz dolore reformat eos· vñ addit donec formetur christ⁹ in vobis. Lõcipientes eĩ fidẽ z sensũ fidei non aduertentes formatũ christũ in animis suis hr̄e, negãtur. Aug. formar enĩ xp̄s in corde credẽtiũ· cum illis sacrãmẽta gr̃e pãdũtur· z ea q̃ obscura videbãtur· perspicua fiunt

¶ Vellem autẽ.

Sciẽs apls hr̄e maiorẽ vim sermonẽ q̃ ad p̃sentes fit· cupit aplicã vocẽ ĩris ꝓp̄bẽsã ĩ p̃ntiã ꝓmutare. Scptũa ei dña ędificat lĩa ℔ mlto pl⁹ ꝓdest si d̃ ĩris mutatur in voces. Magnã siquidẽ vim hz vox viua· vox de autoris sui ore resonans q̃ ea ꝓnũciatõne ꝑfertur z distiguitur q̃ in hoĩs corde generata ẽ. Est itaq; sensus. Quia cõfun· ĩ vo· vellẽ litteraꝝ voces p̃s de meo ore ꝓferre· vt vos solito seuerior ipse corriperẽ· qz epla nõ põt vocem obiurgãtis exp̄mere· nõ valet irascẽtis resonare clamorẽ· z dolorẽ pectoris apicib⁹ explicare. Nõ hẽo q̃pe fruct⁹· q̃s solẽt d̃ discipulis hr̄e doctores z sine ea semẽ iactũ ẽ doctr̄e. Ita vt cũ hierẽia dicã. ñ ꝓfui nec ꝓfuit ĩ q̃sq̃

¶ Duos filios. Aug. ℙ Plures habuit· p⁹ mortẽ eĩ sare· de alia vxore .s. cethura alios genuit· q̃ nõ p̄tinẽt ad hanc significatõnem.

¶ Per allegoriam. d̃ z q̃ aliq̃d aliud videt sonare ĩ verbis· z aliud in ĩtellectu significare· sicut ℔ per abraã de⁹ pater· ip̄e eĩ est p̃r multaꝝ gẽtiũ Abba eĩ pater· am multaꝝ. Et subauditur gentium

¶ In mõte syna. Qz in tali loco significat· q̃ ꝓtra alias gẽtes eẽnt supbi de mãdato· vel ipsi eẽnt supbi z tumidi ꝓtra ip̄m mãdatũ. Qd testis ẽ agar. i. significatur ꝙ agar· agar alienatio· qz alienat ab hereditate.

¶ Qui mons. Amb. ℙ Per oĩa ẽ ꝓiũct⁹· z silis ei birlm· i· iudaico ꝑplo q̃ nũc est. i. q̃ tpaliť seruit· tot⁹ ꝑplis mať· singuli sunt filij. Vl̃ ꝑseliti· q̃ oẽs ĩo re p̄ne seruiũt· ꝙ ℔ oĩa ptz q̃ vet⁹ lex ñ ẽ tenẽda: ℔ noua q̃ surs̃ũ· q̃ libera

¶ Arabia. Hũilitas· vl̃ afflictõ qz affligebant ť ℔ carnaliby obseruãtĩs

¶ Que surs̃ũ est. Sn̄pna ẽ scõz ciuitas· licz in q̃busdã q̃s ℔ parit ad huc pegr̃etur. Sara steril· significat q̃ natura hũani generis pcco vitiata· z iõ dãnata: nihil x̄ę felicitatis ĩ postez merebať Isaac ꝙ repromissionẽ nať sigt filios gr̃e: z qz ℔ nõ ꝙ regeneratõz· ℔ ꝙ generatõnez futuꝝ erat. iõ tũc ĩpata est circũcisio qñ d̃ sara ꝓmiss⁹ ẽ fili⁹ Circũcisio eĩ sigt naturã exuta vetustate nonataz. Qz oẽs filios z seruos circũcidi iubet ad oẽs istã gr̃az p̄tinere testatur.

¶ Que ẽ mať. Qz singuli x̄bo z exẽplo ei⁹ instructi ex charitate seruiunt.

¶ Que ẽ mať nostra. Aug. Ciuitas cęlestis mr̃ nr̃a d̃z· qz ad eã vocam̃. Et iõ cęlestis d̃z qz cęlũ sedes e⁹ ẽ. Et q̃s generat ibi cũ ea eunt.

¶ Scriptũ est. Qz libera sit z mať autoritate esaie ꝓbat ſbdẽs.

¶ Lętare. Lętare. erũpe clamare p̄tinẽt ad libertatez. Quia multi filii ℔ p̄tinet ad mr̃em. Isaias aspiciẽs tp̄s x̄pi ecclesiam gẽtiũ an̄ sterilez· tũc fr̄e tosã alloquitur dicẽs d̃ ecclia steril. Que tp̄e legi Nec ꝟtute miraculi. Paris· qz illo tp̄e q̃ nullos genuit Nec parturis· qz nec dũ ornatũ habuit Lętare ĩ corde. erũpe· leticiã mẽtis extra oñde. Clama· gaudiũ tuũ alĩs p̄dica: qz tui olim. Desertę· plures filij· q̃z generãtis ĩterim· ℔ supflue d̃ antiq̃ sara dicẽt esaias

¶ Aug⁹ Sterilis eĩ erat in oib⁹ gẽtib⁹ ecclesia· antecz̄ iste fr̄us quẽ cernimus oriretur

¶ Amb. Synagoga g̃ ẽ q̃ hz' vix. i. legẽ. Debta x̄o z vaga z sine vlla ptãte viri viuẽs gẽtium multitudo ẽ. que z sterilis erat· nullius legitimi vi bi proferẽs germen.

¶ Aug. ℙ Parit ãt ciues fr̃enę ciuitatis pcco viciata natura. Cęlestis x̄o ciuitatis ciues parit a peccato naturam liberans gratia.

¶ Que habet virũ Synagoga q̃pe viruz hũit· i· legem z fr̄osa quondã fuit ĩ liberis. Steril x̄o ecclia sine viro x̄po sine vllo sp̄si alloq̃o diu iacuit ĩ deserto. Sz postcz̄ illa libr̄ repudij accepit· z oẽ ornamẽtũ viri ad ydoli ꝑuertit ornamẽtũ Tunc marit⁹ p̀ore putrescẽte cingulo aliũ lũbis suis balteñ· aliud de gẽtib⁹ lũbare ꝓtexuit q̃ statĩ vt viro p̄iũcta ẽ ꝓcepit z pecpit· vñ ysaias exclamat. Dilata locũ taberna culi tui z protẽde ꝑ funiculos tuos.

¶ Isaac. Risus· i· qui in leticia seruiunt non ex tristicia· vl̃ necessitate.

¶ Persequebať. Non puto nos defacili inuenire posse vbi ismabel ꝙ secutus fuerit ysaac. ℔ tm̃ illud q̃ cum fili⁹ egiptię luderet cum ysaac indignata sit sara.

¶ Aug⁹. Lusum eĩ intellexit sara persecutionem· quia lusus maioris ad minorẽ illusio est z deceptio· quia alia intẽdens simulat quędam puero· i.

parturio: donec christus formetur
† § Quasi· blandis verbis modo vsus sum dicẽs vos fratres z filios § vt ruboze ap̄li ꝓfunderent
in vobis. † Vellem aute apud vos
† § in vituperationem § vt digna vobis dicerem que nolo scribere ne permaneant apud vos
esse modo z † mutare vocez meam:
§ apud alios erubesco p̄o vobis
quoniam confundor in vobis. Di
§ carnaliter.
cite mihi qui sub lege vultis esse:
§ legistis sed non intellexistis † § iõ quero an legeritis· quia in ea quidem scriptuz est q̃ abraam duos· s. h· qõ si attenderetis nunq̃ ad eã recurreretis.
legem non legistis? † Scriptuz est
† § ismahel z isaac.
enim quoniam abraam † duos fili
§ .s. ismahel § agar. § .s. isaac
os habuit· vnuz de ancilla: z vnũ
§ scz sara § iudei z omnes serui peccati
de libera. Sed qui de ancilla secũ
§ per nullum miraculum· sed lege nature nat⁹ ẽ.
§ liber christian⁹
dum carnem natus est: Qui autẽ
§ mirabiliter natus est
de libera· per repromissionẽ. Que
§ per alium intellectum † § ancilla et libera sunt· id est· significant.
sunt per allegoriam dicta. † Hec ei
† § vetus testamentum § datum est
sunt duo testamenta. † Vnum qui
† § Quis p̄e timore seruiebant vel serui peccati erant.
dem in monte syna † in seruitutem
§ alienatio. † § vere vetus testamentum in seruitutez generat· quia
generans· que est agar. † Syna ei
† § vetus testamentuz in illo monte datũ † § nõ in terra promissionis vbi filii· sed vbi quasi sunt serui z alieni † § mons per omnia § .s. similis
mons est † in arabia: † qui coniun-
† § hec ẽ synagoga que sub peccato generat. § iudaico populo qui nunc est § que terrena diligit
ctus est ei que nunc est † iherusalez
† § hec synagoga timore vel sub peccato seruit § Ecclesia de gentibus congregata
z seruit cum filiis suis. † Illa autez
§ que cum domino gaudet in spe † § quia diligit z ex amore seruit
que surs̃um est hierusalez † libera ẽ
† § credentium felicer † § vere illa que surs̃um ẽ libera est· quia scriptura hoc dicit § in esaya
que est mater † nostra. † Scriptum
† § Amb· Celestis hierusalez sterilis quia nõ parit scdm carnem· nec dolores patitur· sed generat spiritualiter sine passione clamans in letitia
est enim: † Lętare sterilis que non
paris· erumpe z clama que nõ par
† § ab adam § partu non dilectione ꝓponi.
turis: quia multi filij † desertę· ma-
† § legem ad generandum § que carnaliter genera sub lege
gis q̃z eius † que habet virum.
§ duo iunt filii· alter scdm carnez· alter per repromissionem nature † § ad similitudinem ysaac
Nos autem fratres † secundum
§ per gratiam geniti † § Nos sumus filii scdm ysaac.
ysaac promissiõis filij sum⁹. † Sed
§ ismabel vel etiam esau
quomodo tunc is qui secundũ car
nem natus fuerat· persequebatur
§ ysaac vel iacob § sanctum † § qui scdm carnem persequuntur eos qui scdm spiritũ.
† § per hoc probamur filii promissionis
eum qui secundum spiritũ: † ita z
† § patimur ab illis· sed non curandum· quia qd refert scriptura dixisse saram
nunc. † Sed quid dicit scriptura:
§ ita lex z iudei electi ab ecclesia z a gratia pũs
Eijce ancillam z filium eius. Non
§ Id est· mali cum bonis· iudei cum christianis Sicut enim nunc in conuersatõe sunt dissimiles· ita erunt in futuro in retributione.
enim heres erit filius ancille cum
† § quia patimur a iudeis z aliis malis sic ysaac ab ismahel
filio liberę. † Itaq; fratres non su-
§ quia non serui peccati vel legis † § Scilicet celestis hierusalem
mus ancille filij: sed † liberę.

infirmo·z fraudes facit·sic z mō plus persequuntur qui illudēdo seducūt. Et sicut sara tūc ītellexit lusū illū·ita nūc eccla intelligit lusū istū psecutōez

Aug. Omnes qui in ecclesia terrenam felicitatem q̄runt a domino·ad ismahel pertinēt. Ejice·ꝫ erit cum area cęperit vētilari·z antiq̄ vteris.t.ministri gratiā quērentes filij sunt promissionis.

Qua libertate. Aug. Libertas qua liberati sumus a christo·est peccatoz remissio z fide per dilectionem operātis iustificatio

C. V.

Si circūcidamini. Augº. Circūcisio z cętera legalia itanatis z īstitutis nō sūt noxia· licet nō necessaria·magis noxiuz erat ea phibere q̄si noxia. Ꝫētules vero ad talia nō sunt cogēdi·ꝫ si no lūt eis cōgruere vt thimotheus nō sūt prohibēdi·ꝫ si in his confidūt sunt pditi·licz his q̄ illa tenere ne videātur improbata potiusq̄ terminata· gentibº vero nō sunt īponēda ne videātur aut ñ causa promittēdi christi īstituta·aut adhuc promittere ꝫ cessando iaz pateret signa futuri fuisse·q̄ cū honore paulatim deserēdo erāt sepeliēda·nō vt sacrilegia gētium fugienda

Dico. Aut ista legalia post christi passionem sine in eis sperponatur sine nō obseruātibus dixit eē noxia nisi dispēsatorie custodiātur. Vñ inq̄t. Anteqū inciperet noua ꝟdicatio oportuit circūdi. Nūc autē legi fide succedente nichil prodesse fideli addita circūcisio ꝫ obest. Amb Maiº enī malū est ex libero seruum fieri q̄ꝫ nasci.

Debitor ē vniuersę legis. Hoc ō ait vt terroze tā innumerabiliū obseruationum q̄ in lege scriptę sunt·(ne oēs īplere cogerentur·quod nec ipi iudei·nec patres eoz implere potuerunt sicut petrus ait)abstinerēt ab his quibus eos aliqui subīcere cupiebant

A gratia excidit quę ad hoc venit vt cessante onere iustificz·quod q̄ reducit hanc perdit.

Nos enī. Qui ī lege cōfidit amittit gratiā qō ex cōtrario pōt videri qz ex fide iusticia z spes.i.ęterna beatitudo·z hoc facimus per spiritum·ne putemur falli.

Spē iusticię. Id ē·quā sperat iusticia.s. vtā ęternaz·vl q̄ speratur ipsa iusticia. Fides enī esuriens z sitiens iusticiā spat in ea renouari z profi cere. Vel spes iusticię ē christus ex quo spatur iusticia ipsa.

Nam in christo ihesu. ⁊c. His vero qui in christo ihu volūt pie viuere virtutes appetēdę sunt z vicia fugienda. Media vero que inter virtutes z vicia sunt·nec appetēda sunt nec fugienda vt circumcisio z pręputiū quę nihil valent in christo.

Sed fides. Aug. Sine dilectione fides inanis est. Fides cū dilecti one christiani est. Alia ē demonis. Nam z demones credūt z cōtremiscunt

ſ non alio modo sed per eam libertatem per quā nos liberauit qui a peccato ītunis ex dilectione obediens fuit·

Qua libertate christus nos liberauit.

C. V.

ſ z quia liberi.
ſ ñ ē leuior hec seruitꝰ q̄ꝫ idolatia

State et nolite

† ſ nec saltez circumcisione·quia

iterum iugo seruitutis †contineri.

ſ qui sum note autoritatis

Ecce ego †paulus dico vobis·quo

† ſ vt spem salutis in eo habeatis·ſ ſ circuncisio iam non solum non prodest sed obest.

niā si †circūcidamini ſ: christus vo

† ſ nec hoc solum malum erit vobis

bis nichil proderit. †Testificoz

ſ sicut olim ante fidem
ſ iudeo z gentili

aute rursum omni homini circun

ſ pro habenda iusticia. † ſ Id est· ex debito omnia legalia debet implere·quod exigit circuncisio ſ vt enim baptismus suam· sic circuncisio suam exigit iustificationem.

cidenti se: quoniam †debitor est

† ſ Christus non proderit quia vos·qui gratia christi prius pleni eratis

vniuersę legis faciendę†. Euacuati

† virtutibus christi·ſ ſ vos dico·ſ ſ aliter non noceret circuncisio. ſ creditis iustificari.

estis †a christo: †Qui in lege †iusti

† ſ futura·id est·indigni estis beatitudine eterna
ſ Jam habita

ficamini †a gratia excidistis. Nos

ſ qui non fallit

enim spiritu ex fide spem iusticię ex

† ſ ex fide·quia non ex alio·ſ ſ his qui sunt

spectamus. †Nam †in christo ihe

ſ equatur pręputio circuncisio

su neq̄ circuncisio neq̄ pręputiuz

ſ que non ociosa

aliquid valet: sed fides quę per di

ſ dei z proximi † ſ Et hec olim fuit in vobis.
ſ vel charitatem ſ p opa fidei pficiēdo

lectionem operatur. †Currebatis

Qui aūt non credūt tardiores sunt z peiores q̄ꝫ demones. Sed multū interest·vtꝝ quis credat ipm eē christū·an credat in christum. Nā ipsuz christū eē demones crediderūt·nec tamen in christum crediderunt. Ille enī credit in christum qui sperat in christum z diligit christum.

Currebatis bene. Hic laudat galathas z eos p q̄s īducti sunt vt iudaizare vellent vituperat·z ne illis cōsentiāt monet.

Modicū fermētū. Aug. Ne putetis paucoz hoīm insidias cōtemnendas vt ei scintilla pua res est·z pęne vī cernitur non videtur. Sed si fomitē cōp̄hēderit·z nutrimēta sui inuenerit męnia vbes latissimas saltus regiones q̄ cōsumit. Et sic fermētum res modica videtur z nihili. Sed cū farina aspersum totā massam corrūpit·et in illi vim transit oē quod mixtū est. Ita z doctrina peruersa ab vno incipiens vix duos aut tres pmū in exordio reperit auditores·ꝫ paulatī vt cācer serpit corpore. Et iuxta vulgare,puerbiuz vnius pecudis scabies totū cōmaculat gregē Igitur z scātilla statī vt apparuerit extīguēda ē· z fermētū a massę vicina se mouendū z scabiosū aīal a caulē oīm repellendum.

Confido. Ideo cōfidere de his le dicq̄ nō spōte ꝫ circūuenti errabāt. Et iō oīsa mō vera via facile credit eos reuerti.

Conturbat. vt .s. mutato ordine de spiritalibº sitis carnales.

Quicunq̄ ē ille. Occulte inquiunt petr̄ lacerat·cui supra in faciē se restitisse scp̄sit·q̄ nō recto pede incesserit ad ęuāgelij veritatē. Sed nec paulº taz procaci maledicto de eccl̄ę principe loq̄retur·nec petrº dignº vt portaret iudiciū eccl̄ię

Ex q̄ arbitrādū est de alio q̄dā dici q̄ vel cū aplis fuerat·vel ꝺ̄ iudęa venerat·vel ex phariseis crediderat. vel aliq̄s magnº sic apud galathas estimatus vt portet iudicium ecclesię perturbatę.

Ego autem. Inponebatur ei a pseudo q̄ alibi circūcisionem p̄dicaret·sed non eis facile sententiam suaz aperire vellet.

Quid adhuc persecu. ⁊c. Persecutōes enī creberrimas sustinuit a iudeis·eo q̄ doceret credētes de iudeis non debere circuncidi.

Scādalū crucis. Aug. Scandalum erat iudeis p̄dicatio crucis· quia sabbatum z circuncisionem euacuabat. Si vero admitteret circuncisionem non esset eis scandalum z pacifici essent.

Utinā et absc. Ipi vos cōturbāt ꝫ vtinā abscīdātur·nō carnaliter ꝫ vī generādi perdāt ī vob·vel ī alīs nihil pficiāt·ñ solū circūcisi ꝫ abscisi·vt nullā oīno generādi potētiā habeāt·z merito ꝫ opto ne vos redigāt ī seruitutē legis. Vos enī vocati estis a deo in liber.

Abscindātur. Elegāti ābiguo bonū optat·sūt eī spadones ꝑpt̄.r.c.

Ne liber. in occa. Sēsº ē. Cauete ne audito noīe libertatis īpune

vobis peccandum esse arbitremini

¶ Sed per charitatē spūs. Aug. Nō per affectuz carnis charitas habēda ē. sed per spiritum

¶ Omnis lex. Aug. Nam z illa quę ad bonos mores pertinent z illa quę in sacris sunt. cū bn a liberis intelliguntur. nec carnalit obseruantur a seruis. ad charitatem referantur necesse est.

¶ Diliges proximū. Aug. Hoc scptum ē in leuitico. in q recte dicit impleri legē vniuersam. cū tn duo sint pcepta charitatis in quib⁹ tota lex pēdz z pphetę. qz dilectio dei in dilectōe proximi cōtinetur. z ideo i hoc pcepto pfectio salutis est qz sine proximo nō diligitur deus. Qui ei nō diligit proximū suum quē videt. deū quē nō videt. qmo pōt diligere? Cū igit vtrūq; pceptū ita sit. vt neutz sine altero possit teneri. vnuz eoz sufficit cōmemorare.

¶ Sicut teipsum Aug. Sicut se nō pōt proximū diligere. qui nō diligit se. Se aūt non diligit. q diligit i iquitatem. Qui ei diligit iniqtatem odit animam suam.

¶ Comeditis. Vt Criminamini crimina vobis inuicem imponentes.

¶ Ne abinuicē cōsūamini. Per scisma christianę religionis. p vanā gliam vanāq; victoriā mutata occasione charitatis. hoc eorum vicium tetigit. qz dissensio inimica ē dilectōis. Hoc ei maxime vicio cōtentōnis z inuidię pernicio sa inter eos iurgia nutriebantur. quib⁹ consumitur societas z vita.

¶ Dico aūt in christo. Ondit qz sufficiens sit fides xpi sine lege. qz per eam carnem vincunt. z ei⁹ opa z se quūtur spiritū. qsi dicat. Ne detis libtatez in occasionem carnis sed per charitatem spiritus seruite. Hoc autem dico posse esse vobis i christo. z nunquam aliter.

¶ Nō perficietis. Non ait non feceritis vel non habueritis. quia ea non habere non poterant. Sed non perficietis. id est nō opera eorum cōsensu voluntatis implebitis.

¶ Caro enī cōcupiscit ꝛc. Aug. Caro dicta ē cōcupiscere. qz h̄ secm ipsaz agit aīa. sicut auris dz audire. z oculꝰ videre. cū potiꝰ aīa z p aurē audiat. z per oculū videat. Caro ei nihil nisi p aiaz cōcupiscit. h̄ cōcupiscere dz. cū aīa carnali pcupiscētia spūi reluctat. Ipi⁹ ei carnal pcupię cā nō est in aīa sola. nec i carne sola. ex vtroq; ei fit. qz sine vtroq; delcatō nulla sētit

¶ Qz si spū. d. n. e. s. l. Hiero. ad aug. Ex quo apparet qz sub lege est nō dispensatiue. h̄ vere. vt tu intelligas eū spūmsanctum non habere.

¶ Non estis sub. l. Hoc cō modū iā habetis. z iō hęc pars eligenda

§ Que procedit ex spiritu † § quia tunc liberi

p charitatē spiritus † seruite inuicē

† § ideo caritas habenda ꝯ § Id est. vno pcepto charitatis. quia qui illud pcepti ipłet nec mala agit. z quantum potest bona facit

Omnis enim † lex in † vno sermone

§ isto. s. § sine quo nec deus diligit

impletur. Diliges proximum tu

§ qui diligit. i. o. a. s. † § in dilectione proximi lex impletur.

um sicut teipsum. † Q si inuicem

§ in aliquo detrahitis. † § totum deuozatis omnia vitu perando. occasione charitatis hoc vicium eorum tetigit

mordetis z † cōeditis videte ne ab

§ hec sunt causa vestre ꝯsumptōis

inuicem consumamini. Dico au

§ per fidem christi z nunq; aliter † § ratōe § sancto. non enim hoc potest spiritus hōis. § profecte bene operando.

tez in christo. † Spiritu ambulate

§ tunc § delectatōes quas caro suggerit § actu

z desideria carnis non perficietis

§ Sed hoc graue ē § Sp noua in hoc § hoc in bonis manifestum est. vbi est spiritus dei.

§ vel autem.

Caro enim concupiscit aduersus

† § Sed non diffidendum. vel deficiendum § ratio gratia dei adiuta.

spiritum. † Spiritus autem aduer

§ hec contra se. quia vsq; eo vt non permittamini facere quecunq; bona vel mala. z iō melioꝛ in hac pugna cedendum est. i. spiritui. quo volumus bona etsi n perficiam⁹. vo luimus enim vt nulle sint cōcupiscentie sed hoc non perficimus.

sus carnem. Hęc enim sibi inuicē

aduersantur: vt non quęcunq; vul

† § hoc dicit ne desides sint i pugna ꝯ § hec duo oppugnant sed videte cui cedendum est ꝯ § Sācto gubernatore rectore spiritus vestri

tis illa faciatis. † Q † si † spiritu du

† § Quasi. si inquam hoc est ꝯ § Ambro. Que male agentibus posita est.

cemini; † non estis † sub lege. Ma

§ hec sibi aduersantur § Id est. per se apparent mala

nifesta autem sunt opera carnis.

§ large vel stricte † § opus luxurie ꝯ § Etsi non in opere impleatur § vel que est contra naturā

quę sunt † fornicatio † immundicia

§ pudorē non seruare § non pudice viuere † § superfluitas quelibet

impudicicia † luxuria. idolozuz ser

§ pseuerātes § i verbis

uitus. veneficia. inimicitię. contē

§ Quando duo ad idem tendunt † § subita tempestas animi ꝯ § quando inuicem ex ira se petunt.

tiones. emulatōnes. † ire. † rixe. † dis

§ quando partes faciunt in ecclesia † § grece he reses ꝯ § de alienis bonis

sensiones. † sectę. † inuidię. homici

§ assidue § superflue.

dia. ebrietates. comessationes. et

§ ante iudicium duz licet penitere

his similia: quę p̄dico vobis sicut

§ ante hanc epistolam † § non dixit omnia § Quia etiam singula regnum tollunt.

p̄dixi. quoniam qui † talia agunt

regnum dei non consequentur.

§ hec sunt carnis. sed ista sunt opera spiri⁹. que ipsa fructus sunt qz ꝓpter se petenda † § Sancti vel ratiōis gratia illuminate ꝯ § Que a terra ad deum euocat

Fructus autem † spiritus est † chari

† § qō bn placz sibi ꝯ § qui non se iquietāt ꝯ § ad uersorum

tas †. gaudiū. † pax. † patientia. lon

§ expectatōnis § dulcedo animi § largitas rez

ganimitas. bonitas. benignitas.

§ q non intractabilis § de inuisibilibus certitudo † § q modū in dictis vel factis seruat

mansuetudo. fides. † modestia. cō

§ q a licitis abstinet † § quādo recte vtitur licito. † § Quid dicam per singula. lex que iustis non est posita. sed inuustis § Sed contra mala

tinētia. † castitas: † aduersus huiusmodi non est lex. † Qui autem sūt

† § Quos necesse est sequi spiritum § macerauerunt.

christi: carnem suaz crucifixerunt

§ pugnātes § operum † § desideriozum. § vic

cum vicijs † z concupiscentijs. Si

in plerisq; capitulum sextum incipitur.

§ Qui sunt christi ita agūt vt dixi z nos quia sumus christi: ambulemus spiritu. quia spiritu duce z auctore ad hanc vitam venimus

spū viuimus: spiritu z ambulem⁹

§ etiam § Quomodo subdit § seculares

Non efficiamur inanis glozię cu

† § ad contentionem z lites z alia illicita § Hec mala facit gloria inanis § Si

pidi. † inuicem prouocantes: inui

non audemus prouocare

cem inuidentes.

C. VI.

¶ Nos dān abiliter dicit eē sub lege. qs reos facit lex. non implentes legē dum nescientes gratiam de se pręsumunt.

¶ Aug. De natūa z gra. Sub lege ē. q timore non amore abstinet a⁹ malo reus in voluntate.

¶ Idē in eodē. Sub lege. q timorez incutit nō amorē.

¶ Aug. Hęc oīa nō ad voluntatem carnis sed vicia sunt animi. Credere etiam omnia mala accidere animę ex carne: erroꝛ ē ne ab his omnibus mūdem⁹ dyabolum. qui carnē non habet. Sed noīe carnis totū hominem significauit. q viuēdo secūm se in hęc cadit. Nō ei habēdo carnez z viuēdo fm se. i. fm hoiem fact⁹ ē hō filiis diabolo qz z ille fm se viuere voluit. qn i veritate nō stetit.

¶ Regnū dei non cō. Aug. Null⁹ medius locꝰ ē. vt nō sit i supplicio: q n erit i regno

¶ Charitas. Caput ꝓmisit. vn membra sequuntur. Non bene gaudet. qui nō diligit bonum vnde gaudet Non habet pacez veram cum aliquo: nisi eum diligat. Non est longanimis perseuerāter expectando. nisi feneat diligendo. Non est benignus. nisi diligat cui opitulat. Nō est bon⁹ nisi diligēdo Non fidelis salubrit. nisi ea fide. que per dilectionem operatur. Nō est mansuetus q dilectione non moderatur. Non continet se quis ab eo vnde tur patur. nisi diligat vn bonestatur. Merita ꝯ charitatē sic sępe cōmendat. quasi sola sit pręcipienda que non potest haberi sine ceteris quibus homo efficitur bonus.

¶ Gaudiū. Puritas conscientię. Vnde. Non ē impijs gaudere dicit dominus.

¶ Qui aūt. Quasi contra malos posita est lex. Bonis autem posita ē crux. Quod ita ait. Qui autez ꝛc.

¶ Carnē suam cruci. cū vi. ꝛc Aug. in sermone de quadrage. Congruit enim nostrę deuotioni. vt qui domini crucifixi passionem celebram⁹ reprimendarum carnalium voluptatum crucem nobis faciamus. In hac quidem cruce semper in hac vita debet pendere christianus. vt sit fixus clauis z preceptis iusticię. vt christus in cruce clauis confixus fuit.

¶ Si spū vi. Quod communiter supra dixit: ad istos quibus scribit retorquet. z se eis connumerat. per hoc ostendens se non dicere eis quod ipse non velit seruare. Quasi. Non dico vobis quod ipse nolim.

¶ Inanis glozię. Quę est velle vincere vbi pręmium non est.

¶ Inuidētes. Sciendum. quia cum per omne vicium antiqui hostis virtus humano cordi infundatur. in zelo inuidię tota sua viscera serpens

ꝑcutit·z in bac imprimenda malicia quasi postē monit. zelus iste modū nō babet permanens iugiter sine fine·cum alia scelera finiantur. Quātoꝫ il le cui inuidetur successu melioꝛe profecerit tanto inuidus in maius incendi tur liuoꝛis ignibus inardescit. Hinc vultus minaꝛ·totꝰ aspectus· palloꝛ in facie·tremoꝛ in labijs·stridoꝛ in dentibus·verba rabida·z effrenata cō/ uicia·z manus ad violentiam prompta·etsi gladio interim vacua·odio ta men furiatę mentis est armata.

C. VI.

Frēs etsi prę. Hactenus toti ecclesię improbando legem·z commendando grati am·modo ad ꝑlatos qualiter tractent sub/ditos·s. leniter: quia fratres·z si superiores

In aliquo de/licto. Aug. Delictū est declinare a bono. Peccatum est facere malum. Vel delictuz qđ ignoꝛant fit. Pec catum quod a sciente Tamen indifferenter ponuntur. Prǫocu/patio est dum vel ad boꝛam nō videtur q̄d faciendum sit· vel qui viderit vicitur vt ma lum fiat cum latet veri tas·vl compellit infir mitas

Lenitatis. Ne si aliter feceritis nō pa tiatur se argui·sed de fen dere se incipiat ne turpis videatur

Cōsiderās te/ipsū ꝛc. Aug. Nihil ad misericoꝛdiā sic in clinat·cꝫ pꝛopꝛij peri culi cogitatio.

Et sic adim·le. Aug. Id est·charita tem. Ex charitate enī chriſtꝰ peccata nꝛa tu lit·qui etiam pꝛęcepit·vt nos inuicem diligamus.

Nihil. Comparatōe spūalis·qui totum dat gratię.

Seipsum seducit. Non enim seducūt laudatoꝛes eius ß ipse potiꝰ qꝛ cum ipse sit pūtioꝛ cꝫ illi·mauult se in illis quęrere cꝫ in seipso

Pꝛobet. Diligenter inspiciat. **Opus suum.** non peccatum alte/rius·vt pharizeus q̄ dixit. Nō sum sicut cęteri boīm·q̄ nō re ß fallaciꝫ iustꝰ

In semetipso. Id est·intꝰ in cōscientia sua pura. **Gloziam ha/bebit.** Id est·gloziabit z gaudebit.

Et non in altero. Id est·in alteriꝰ laude. s. cū alter eū laudat. Qui eī conscientiam boni operis bēt·nō debet de boc apud aliuz gloziari·z lau dē suā foꝛas fundere. ß in semetipso humiliter gloziari.

Vel ita. Et sic. Id est·si actus suos consideret sciens neminez debere gloziari se habere mundum coꝛ. In semetipso ꝛc.

Et sic in semetipso. Aug. Ambꝛo. Id est·si actus nostros cōsidere mus·nulli nos anteponimus·nec quemq̄ iudicamus. Vere iustus alteruz sibi pꝛeponit·qꝛ plus sua mala scit cꝫ alterius. quoꝛuz cognitio sibi gloꝛia est. Gaudet enim dum cognoscit moꝛbum suum·quem sanare desiderat

Unusquisq; onus suum. Non inquinatur q̄s alieno peccato

Onus Aug. Alia sunt opera pticipandę infirmitatis de quibꝰ supꝛa. Alter alterius onera portate. Alia reddēdę deo rōnis de quibꝰ hic. Con/tra eos qui putant hominez alienis inquinari peccatis·dicit. Unusquisq; o.s.p. Contra negligentes qui nullum curant coꝛrigere·securi q̄ alienis nō contaminentur peccatis·dicit·innicē onera poꝛtate. Onera īfirmitatis inui cē poꝛtamꝰ·dū lenitate irā alteriꝰ sustinemꝰ·z dū ei q̄ lęsit si petit īdulgemꝰ

Diero. Vel p onus intelligitur bonū z malū opus. In scripturis cī onus z in bonā z in malā ptem accipitur. Et sic **Unusquisq; bonus** vl malus, **Poꝛtabit onus suum.** i. mercedē opeꝝ suoꝝ refeꝛet.

Cōicet. Vel bona sua faciat ei cōia·z ne excuset·qꝛ deꝰ nō pōt falli.

Diero Visitatū eī pꝛęceptū ē·vt pꝛędicatoꝛi vbi dei ꝑbeat necessaria ille cui ꝑdicatur. Quę boni appellatōe recte signauit. Sicut z dns i ęuāge lio cū discipulis loquens ait. Cū mali sitis nostis bona dare fil. ve. ꝓuidēs aūt q̄sdā obtendere pauptatē·z ꝓceptū velle eludere addidit. Noli eꝛ·de us nō irri. Q. Nemo se vane excuset·qꝛ deꝰ nō pōt falli. Scit eī coꝛda vīa nō iḡrat facultates. Excusatio veri silis boīez pōt placare. deū ñ pt fallere.

Cōmunicet. Hoc ad subditos· ꝑlati ita Is aūt qui catbeziza tur. i. instruitur z si so lo vbo·nō exēplo·cōi cet ei in oīb⁹ bonis q̄ il le dicet. i. ꝓmunez se ei exbibeat recipiendo· z ope implēdo. Et ne quis dicat·non debeo agere nisi quod in illo video. Subdit. Noli te errare ꝛc. qꝛ erroꝛ ē. Ambꝛosiꝰ Eīsi inde a pud boīes vos excusa tis·deꝰ nō pōt falli. ve re non fallitur·qꝛ red/det pꝛo meritis. Et ħ est. Quę eī seminaue/rit homo ꝛc.

Qui seminat in carne. addit sua. Cū vero dicit. In spi ritu. Non addit suo. Quia semē carnale ex boīe ē. Semē vo spū ale ex spū dei est. Mes sis vero ħ in fine ꝓmit titur. Idcoq; in semi/nando perseuerantia opus est.

In carne in spū Ambꝛo. Hō ex spiritu constat z carne. Ideo de vtroq; seminat·poꝛ ro homo etiam chriſti anus ad ꝓparationez spiritussancti caro est.

Qui aūt se. in spū. Diero. Augꝰ. Id est·qui spiritui dat assensum ex fide cum charitate seruiendo iusticię z legem spiritualiter intelligendo.

Non deficiamus. Si homo non imposuerit finem operi·nec deꝰ imponit remunerationi. Quantum seminauerimus in operibus·tantū me temus in fructibus. Et quantum auiditas inquirentis se dilatauerit·tm se aperiet ad pꝛemium manus retribuentis·quia sic recipiet quisq; quomo do facit·quia qui foꝛtis erit ad seminandum·foꝛtis erit ad metendum.

Tempore suo. Non statim deus facit quidquid ad salutem oꝛatur nec ideo negat·quia differt·sed tempoꝛe suo. i. congruo pꝛęstet.

Dum tēpus habemus. Tempus seminandi est pꝛęsens vita qua currimus. In bac licet nobis quod volumus seminare. Cum vero transie rit·tempus operandi anfertur. Vnde·operamini duz dies est·veniet noꝛ quando iam nullus poterit operari.

Ad oēs. Ambꝛo. Diero. Omnibus impendenda est misericoꝛdia. In quo pꝛęponendi sunt iusti qui sunt ex fide. Q omnibus etiam inimicis no stris qui scelerati sunt persequentes ecclesiam: testis est dns · benefacite bis qui oderunt vos·diligite inimicos vestros·quia z ipsi homines·quibus in boc dominus pluit z solem dat. Aug. Dicit tamen scriptura·da misericoꝛ diam·z ne suscipias peccatoꝛem. Et impijs et peccatoꝛibus redde vindictā bene fac humili·z ne dederis impio·quia altissimus odio babet peccatoꝛes z impijs reddet vindictam. Quod est·ne cuiquā ideo bene facias quia pec catoꝛ est·sed quia homo·vt non sis ad vindicandum remissus·nec ad sub/ueniendum inbumanus. Odias in illo quod deus odit. i. quod malum est z coꝛripe z persequere vt perimas·z conserua qđ homo est. Et non suscipi as vt velis saluuz in eo q̄ malus est·z ne dederis per boc qđ malꝰ est · ß qꝛ hō·vt nulli homini claudatur misericoꝛdia·nulli peccato relaxetur impuni tas·persequamur ergo in malis pꝛopꝛiaz iniquitatem· misereamur in eisdē

† ſ offerꝫ in die iudicii manipulos operum ·vnde venientes aūt venient cū exul·portan·manipulos suos·z accipitur hoc de bonis tantum.

suum † poꝛtabit. Communicet aūt

ſ Id est· instruitur

is qui catbezizatur verbo: ei qui

† ſ ñ in malis·si ea agit·vt lex sit tibi dux· nō bō

se catbezizat in omnibus † bonis.

ſ non pōt decipi

Nolite errare: deus non irridetur

ſ Sed ab eo quisq; capitqꝫ meretur ſ pꝛesentis vite laboꝛe† ſ boꝛum mercedem recipiet

Quę ei seminauerit homo: † hęc et

† ſ Qui de lege carnaliter sentit ſ Qui omnia q̄ facit etsi qua bona tamen ideo facit·vt carnaliter ei bene sit. ſ carnalia vicia.

metet. † Quoniam qui seminat in

ſ vt de carne† ſ ꝓuenientē messē ſ † ſ nibil me lius ꝓuenit carni cꝫ coꝛruptio.

carne sua: de carne z † metet † coꝛru

ſ qui spiritui dat assensū.

ptionem. Qui autem seminat i spi

ritu: de spiritu metet vitam ęternā

ſ Quasi. ita se babeant pꝛelati erga subditos et subditi erga pꝛelatos·vt dixi·vtrocꝫ autem scilicet pꝛelati z subditi † ſ alias deficiamus

Bonum autem facientes non † de

† ſ nō debet deficere operādo·qui non deficiet in metendo· ſ opoꝛtuno z conuenienti

ficiamus: † tempoꝛe enim suo me

ſ qꝛ metemus.

temus non deficientes. Ergo duz

ſ in bac vita ſ vt sit perfecta dilectio

tempus babem⁹· operemur bonū

† ſ Qui sunt de familia nostra per fidem.

ad oēs: maxie aūt † ad domesticos

communem condicionem

¶ Ad omnes. Augustinus. Omnibus enim pari dilectõne vita ęterna optanda est · et si non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia quę fratribus sunt maxime exhibenda. Ambro. Hiero. Quia faciliores et propensiores in bono circa fratres esse debemus · quia sumus inuicem membra. Si enim in cunctos liberalitatis frena laxantur · maxime in domesticos fidei. i. christianos qui habent eundem patrem · eiusdemq; magistri appellatione censentur.

Omnibus ergo, impẽ dẽda est misericordia in quo prępondẽdi sũt iusti · qui sunt ex fide

¶ Aug. de doctrina christi. Omnis peccator inquantum peccator est · non est diligendus. Et omnis homo inquantum homo est diligendus est propt deum · deus vero propter seipsum. Et si deus propt se · omni homine amplius diligendus est. Amplius quisq; deum debet diligere q̃ seipsum. Itẽ amplius alius homo diligendus est q̃ corpus nostruz · quia propter deum omnia ista dilegẽda sunt · z potest nobiscum ali⁹ homo deo perfrui · quod non potest corp⁹. Omnes autem homines eque diligendi sunt. Sed cũ omnibus prodesse nõ possis · his potissime consulendũ est · qui p locorum z temporum vel quarumlibet rerũ oportunitatibus constrictius tibi iũgũtur

¶ Videtis autem Augustinus. Post q̃ ad moralia opera exhortat⁹ est · redit ad illud vnde prius agebatur. Ne scilicet · legales obseruantię teneantur. Hiero. Ne quis autem sub nomine eius fallat incautos cauet finem epistole manus sue annotatione complens. Ab hoc enim loco manu sua vsq; ad finem scripsit.

¶ Qui cogunt. Ambrosius. Isti erant pseudo · qui sic christum prędicabant vt z legem seruandam docerent · Crucez prędicabant : vt a fidelibus questum habeant · legem : vt iudęis placeant.

¶ Ut crucis christi persecutõnem. Hieronimus. Forte hoc ideo dicit · quia romani imperatores Caius cęsar, z octauianus z augustus leges promulgauerunt vt iudęi vbicunq; essent proprio ritu viuerent et patrijs cęrimonijs deseruirent. Quicunq; enim circunciſus erat · licet in christum crederet · quasi iudęus habebatur in gentibus. Qui vero incircunciſus se non esse iudęum pręputio pręferebat · persecucionibus tam gentiliũ q̃ iudęorum fiebat obnoxius. Has igitur persecutiones qui galathas deprauauerant · declinare cupientes · circunciſionez pro defensione discipulis psuadebant. Naz nec iudęi persequi eos poterant · nec gentiles quos videbant z proselitos circuncidere · z ipsos legalia seruare.

¶ Absit gloriari nisi in cruce. Augu · Ideo crux in fronte credẽtiũ vbi est sedes verecundię figitur · vt de nomine eius fides non erubescat · et magis dei gloriam q̃ hominum diligat. Signum veteris testamenti circũciſio in latenti carne · signum noui crux in libera fronte ibi enim occultatio hic revelatio est. Illud sub velamine · hoc est in facie. Crucem autem vt in ea gloriemur dominus suo gestans humero pro virga regni nobis commendauit. Hoc ergo obprobrium z deformitatẽ christi non erubescamus sed veneremur. Non est enĩ magnum in sapientia dei vel maiestate vel potestate gloriari · sed in cruce · vnde impi⁹ insultat · z irridet philosophus

¶ Mihi mundus crucifixus est. Aug⁹. Contigit plerunq; vt homo mundum mente non teneat · Sed tamen mundus eum in suis occupationibus astringit · z mortuus est homo mundo · z mundus quasi viu⁹ eũz conspicit : dum alio intentum in suis actibus rapere contendit · sed nec paulus mundum cupit · nec mundus eum · vt in duobus mortuis neuter neutr̃ videt · quia igitur nec paulus mundi gloriã quęrebat · nec a mundi gloria ipse quęrebatur. Ideo z se mundo z mundum sibi crucifixum gloriatur.

¶ Et ego mundo Nec ego in mundo aliquid cupio · nec ipse suuz aliquid in me cognoscit. Sicut dominus ait : Venit enim princeps mundi hui⁹ z in me non habet quicquam.

¶ Super illos et super israhel. Duas partes hic significauit super quas manet pax z misericordia dei · s · gẽtiliũ fideliũ z iudeorum credentiuz.

¶ De cętero. Nõ vult per turbulentas contentiones tedium sibi fieri de re quantũ satis erat exposita. vt sicut in greco legitur. De cętero. Nemo mi laborem exhibeat · vel prębet calicz vt rursũ in vobis necessitatem habeam laborandi. Aug⁹. Hiero. Laborem enim prębet magistro · qui aliter sętit q̃ docuit.

¶ Stigmata. Aug⁹. Stigma ẽ punctũ vel nota aliquo ferro facta. Stigmata ergo

§ vt firmius predicta teneatis
fidei. Videte autem qualibus lit-
† § vt sciatis hanc epistolam a me missam z per hoc magis obediatis ·
teris scripsi vobis † mea manu.
§ opus fuit vt scriberem · quia pseudo instant § iudeis ifidelib⁹
Quicunq; enim volunt placere in
§ carnali obseruatione † § improbitate · non ducunt ratione
carne · † hi cogunt vos circuncidi :
§ propter hoc § que pro cruce infertur
tantum vt crucis christi persecuti
§ ab infidelibus iudeis † § Ideo tantum · non enim pro lege placent · vel non amore legis hoc faciunt.
onem non patiantur. † Neq; enim
qui circunciduntur legem custodiunt · sed volunt vos circuncidi : vt
§ Id est · de carnali circunciſione in qua dolor ẽ vobis § dolore vestro. † § apud iudeos · eo q; taz multos proselitos faciant. † § illi in carne gloriantur.
in carne vestra † gloriẽtur † Mihi
† § vnde mũdi philosophus erubuit : ibi apostol⁹ thesauruz repperit
autem absit gloriari † nisi in cruce
† § quid enim prodest
domini nostri ihesu christi : † per
§ Quod illi visum est stultitia apostolo factum est sapientia z gloria. † § concupiscentie mundi non habent dominum · nec mund⁹ iã se ingerit · z ego contra eum fortis
quem mihi † mundus crucifixus ẽ
§ ideo solum in cruce glorior
z ego mundo. In christo enim ihe
§ quasi equalia sunt deo circunciſio et pręputium.
su neq; circunciſio aliquid valet ·
† § Ambrosius. Noua vita § Id est · regeneratõ
neq; pręputium : sed † noua crea-
§ ego in cruce glorior § rectitudinẽ
tura. Et quicunq; hanc regulam
§ mẽtis § a deo § gẽtiles
secuti fuerint : pax super illos et
§ Id est · remissio peccatoz § etiã † § iudeos · nõ carnales · sed qui dei · id est · spirituales.
§ de peccatis.
misericordia z super † israhel dei.
§ ãmodo · vel de cetero pro ut due dictões · id est de alio preter fidem · id est · de legalibus. † § vt iterum cogar scribere de eodem § mihi : cui non est
De cętero nemo mihi † molest⁹ sit.
facienda molestia. † § Signa militie christi · que me comprobant eius esse.
Ego enim † stigmata domini ihe-
§ pro fidelibus · quasi diceret · quod vos nõ attenditis † § Quod non pseudo. † § non lex
su in corpore meo † porto. † Gratia
domini nostri ihesu christi cum spi
§ ratione · vt veritatem sęp intelligatis † § per hoc verbum hebreum vera esse que locutus ẽ ostẽdit.
ritu vestro fratres † amen.

Epistola ad galathas explicit.

Argumentum in Epistolam ad ephesios incipit.

Ephesij sũt asiani · hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide. Hos collaudat apostolus scribens eis ab vrbe roma de carcere · per tychicum diaconum

appellat. quasi notas pęnarum de persecutionibus quas patiebatur. Et ẽ sensus. ideo non debet mihi fieri molestia · quia ego habeo alios conflict⁹ z certamina quę in persecutionibus quas patioz mecum decertant.

¶ Gratia domini. Conclusio epistolę quasi subscriptõ · qua z in nonnullis alijs epistolis vtitur. Quasi vt prędicta teneatis. Gratia. Non dissensio non legis seruitus · non rixa · non iurgium

¶ Ephesii sunt asiani. Hi per paulum non fundati ꝫ confirmati in fide · firmiter in ea steterant · z bonis operibus. His scribit a roma de carcere per tichicum confortatoriam epistolam · cuz vlterius non esset eos visurus Sciens eos bonos non arguit de culpa. Sed ne relabantur timendũ erat z quia nullus est adeo perfectus qui crescere non possit · hortatur ad vlteriora · z ne recedant pro suis tribulationibus teneantq; suas ordinationes · p̃ sertim ne perfectio erigat in tumorem · ostendit de quo statu ad quã dignitatem vocati sunt · dicens omnia eis vel apostolis ipsis vel toto humano generi beneficia per solam gratiam data. Est igitur intẽtio apostoli ephesios in bonis habitis confirmare · z ad vlteriora prouocare · nec non ad humilitatem gratiarumq; actionem.

Sciendum sane q̄ hanc epistolam quā nos ad ephesios scriptam habemus heretici z marcionistę ad laodicenos attitulant.

Paulus apostolus. More suo salutationem premittit. Deinde grās agit dō exponēs pr̄i bñficia būano generi p̄stita. p̄ipis aplis spēaliter idulta. deinde z ephesijs ipsis. ostendens a q̄ z ad quid vocati sunt deinde christi dignitatem z p̄latōem ondit. postea ad patiaz z caritatez eos ūitat. vnitatē fidei z ecclesię cō mēdās z dona gratię enumerans. tandē ad certamē exhortans cōtra principes tenebrarum. militię christianę armaturā describit.

Sanctis. Perfectis z nō solū eis ß z **fidelibus.** q̄ si nō sancti. vel in fide sani.

Sanctis. Exercitio v̄rtutū. **Et fidelibus.** fide recta quę ē in christo ihesu. Ambros⁹. Recte illa duo posuit. tūc ei. p̄desse ac credit bona vita si fides est in christo ihū Tunc vere sancti sunt si fideles sūt ī christo. Vel distingue inter sanctos z fideles. vt scōs intelligas maiores z perfectiores. fideles min⁹ perfectos.

Benedictus. Premissa salutatōe. Incipit ab actōe grārū. innuens oia esse ex deo.

Benedictus et benedixit. Unum q̄dē bñdictōis verbū ß pro cōgruētia persone varię dēt intelligi Bñdr ab hoīe deus. cū laudibus dignis extollitur. Nō aūt a deo cū de⁹ ei grę suę dona imp̄titur nō meritis illius ß mia sua.

Qui benedixit Enumerat bñficia q̄ a deo p̄ christū toti hūano generi sunt data. Duas dei p̄ordinatōes z earū effect⁹ q̄z altera ē de p̄nti ad iusticiā. Altera de futuro ad cozonā. Nec dicūtur sic duę quin una sit dei p̄destinatio. q̄ est ipe de⁹ ß qz de duob⁹ est ipsa dei p̄ordinatio eterna. s. de iusticia ī p̄nti. z de gloria in futuro. Deus aū mūdi p̄stitutōem. cū null⁹ q̄dquā meruerat. p̄ordinauit q ī tpe gr̄ę aliq̄s a pditis separet. z iustos z ūmaculatos faceret. P̄ordinauit etiā q illos iustos ad etnā bēitudinē pduceret. hanc p̄ordinatōnū alteraz b iplet q iustos facit. Alterā in futuro adiplebit q̄ erit oīm perfectio. A qua p̄sūmatōe oīm incipit. vtens p̄terito p certitudine futurę rei. Qui bñdixit nos meritis nostris maledictos. in futuro exaltabit. p̄dādo immortalitatem.

Quattuor ponit. duas p̄destinatōes. z earum duos effectus.

Qui bñdixit. Effect⁹ scōę p̄ordinatōis. q̄ adiplebitur in futuro. a q̄ incipit. qz summū bonū cū ait. Qui benedixit.

Sicut elegit nos a.m.con. Aug⁹. Ne q̄s g̃ putz aīas cū deo eternas. z tūc aliq̄d meruisse iuxta errorē illoz. q̄ aī hęc visibilia dicūt q̄sdam fuisse animas scās. z ideo tunc fuisse electas.

Sicut elegit. Hic ponit primā p̄ordinatōnem. q̄ est de p̄nti tangens effectus ei⁹. Q. Benedicet nos in futuro. qđ z si videtur ex meritis.

C. I.

Paulus apostolus ihesu christi † ſ non meis meritis. ita vos per eam. quidquid estis **per † voluntatez dei**

ſ Scribit vel mandat. vel ego paulus scribo vel mando

sanctis omnibus qui sunt ephesi. ſ tunc prodest bona vita. ſi fides in christo.

z fidelibus omnibus qui sunt in ſ opere christi non suis meritis. † ſ ante alia salutat ſ iustificationis ꝫ ſ tranquillitas mentis z reconciliatio ad deum

christo ihesu: † Gra vobis z ꝫ pax a ſ per quem omnia condita sunt z restaurata † ſ Sine quo nulla bona dantur nobis.

deo patre nostro. z † domino ihesu † ſ corde ore opere ſ Sit a me. a vobis. ab omnibus ꝫ ſ generatione eterna

christo † Benedictus deus z ꝫ pater † ſ pro quo nobis beneficit

